
F. Puvill
10 · Barcelona · Tel. 2217053

CARTULARIO DE SANTILLANA DEL MAR

JUNTA PARA AMPLIACIÓN DE ESTUDIOS E INVESTIGACIONES
CIENTÍFICAS

CENTRO DE ESTUDIOS HISTÓRICOS

LIBRO DE REGLA

O

CARTULARIO DE LA ANTIGUA ABADÍA DE SANTILLANA DEL MAR

PUBLICADO POR

D. EDUARDO JUSUÉ

MADRID
IMPRENTA DE LOS SUCESORES DE HERNANDO
Calle de Quintana, núm. 33.
1912

INTRODUCCIÓN

Hacia el oeste de Santander, a unos 30 kilómetros de distancia, y próxima a la costa del mar, se halla la villa de Santillana del Mar, en cuya iglesia parroquial, en otros tiempos abadía y colegiata, se venera el cuerpo de la virgen y mártir Santa Juliana, de donde vino el nombre a la histórica villa.

Varios documentos muy antiguos de esta abadía se conservan hoy en buen orden y estado, gracias al celo del señor cura párroco, D. Julián Ortiz. Entre estos documentos ocupan lugar preferente el Cartulario llamado *Libro de Regla,* que hoy publicamos, y una numerosa colección de privilegios concedidos por nuestros reyes a la iglesia.

En las muchas visitas que hemos hecho a la villa de Santillana, formamos el propósito de publicar primeramente el *Libro de Regla,* por la grande importancia que tiene para la Cronología, la Geografía, la Historia y para el estudio del lenguaje.

El Cartulario o *Libro de Regla* contiene XCVI cartas, algunas incompletas, que fueron redactadas desde el siglo IX hasta los primeros años del XIII.

Existen en Santillana dos ejemplares del *Libro de Regla :* uno escrito en vitela, con letra del siglo XIII, todo él de la misma forma de letra.

Tiene LXIV folios, numerados primitivamente con numeración romana, y posteriormente, muy modernamente, se agregó la numeración en cifras arábigas.

Faltan dos folios, que son el VIII y el X; de modo que en otros tiempos constaba de LXVI folios.

Está forrado con tapas de madera, cubiertas de cuero rojizo, ya obscurecido por la acción de la luz.

Tiene el volumen: de largo, 235 milímetros; de ancho, 160, y de grueso, 30.

La parte interior de la cubierta está defendida por retazos de pergamino de un libro de canto gregoriano.

Los epígrafes de las cartas están escritos con letra roja, de tipo más moderno que los caracteres de aquéllas. Creemos que estos epígrafes fueron puestos en el siglo XVI, pues así lo acreditan la forma de letra y el haber sido raspados algunos de los primitivos para escribir los que creemos más modernos.

La encuadernación, que por su materia y forma parece ser también del siglo XVI, nos sugiere la idea de que al encuadernar el libro se pusieron los epígrafes de color rojo.

En el margen de algunas cartas se han agregado muy modernamente pequeñas notas sin importancia alguna, como son, verbigracia, la fecha de la carta con relación a la Era cristiana en números arábigos, el nombre del abad que figura en la carta, etc.

Otro ejemplar es una copia hecha magistralmente por D. Francisco Javier de Santiago Palomares, en el año 1773.

La copia es exacta y hecha con gran esmero. Hasta los epígrafes fueron escritos en letra roja, como en el original. Excepto en una fecha y en un pequeño olvido de una línea, no hemos notado diferencia entre el original y la copia caligráfica de Palomares.

Las dos hojas o folios VIII y X que hoy faltan, son los mismos que faltaban cuando Palomares hizo la copia. En el sitio que correspondía al folio VIII creyó Palomares que faltaban dos folios, y no es de extrañar, pues quedan dos talones longitudinales que parecen ocupar la desaparición de dos folios. Así nos pareció también a nosotros en un principio; pero atendiendo a la paginación en números romanos, se ve que sólo falta el folio VIII, ya que esta paginación o foliación en números romanos es de la misma época en que se escribió el Cartulario, o sea del siglo XIII.

Hemos agregado notas cronológicas e índices geográfico y de nombres de personas, y un glosario de voces latinas, entresacadas del Cartulario. Cada voz lleva el número de la carta y el de la línea en que se encuentra.

La serie de abades está formada con los datos del Cartulario, y quizá con el estudio de los privilegios pudiera completarse y aun rectificarse.

CORRIGENDA

PÁGINAS	LÍNEAS	DICE	DEBE DECIR
17	39	diemi	diem
31	21	el	et
39	13	indicii	iudicii
43	29	obtinuitea	obtinuit ea
74	47	promifera	pomifera
78	4	Brato	prato
80	10	quantu	quartu
83	4	honio	homo
88	17	cu	cum
96	6	atia	alia

CARTULARIO DE LA ABADÍA DE SANTILLANA DEL MAR

I

Jueves 25 de julio de 1200 (1).

[f. 1.]

VIVEDA

In Dei nomine. Ego Didaco Gomez, non per metum neque per turbatum sensum set pro expontanea mea voluntate per remedium anime mee vel parentum meorum, facio carta ad regula Sancte Iuliane et a tibi abbati Don Petro et ad clericis, qui ibi servient, de uno solare qui est in villa que vocitant Viveda loco prenominato ubi dicent el rio el solar que fué de Martin Novales. Sic do et affirmo stabile per semper. Si quis homo qui hanc cartam disrumpere quesierit sit ille maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus. Facta carta die notu feria V.ª, VIII.º kalendas augustas sub era M.ª CC.ª XXX.ª VIII.ª, regnante Rex Aldefonsus in Toleto et in Castella et Regina Don Alionor, Maiordomo del Rey Gonzalvo Roiz Giron, Merino del Rey en Chamesa Fernando Martinez, Potestas en Chamesa Don Nunno, Martin Monioz confirmat, Didaco Alfonso confirmat, Pela Pelait confirmat, Roy Pelaiz confirmat, Gutierre Gonzalvez confirmat, Gonzalvo Gonzalvez confirmat, Petro del Rio teste, Iohannes de Azent confirmat, Gonzalvo Martinez

(1) Los datos cronológicos de las cartas se han comprobado por medio de las *Tablas para comprobación de fechas en documentos históricos,* segunda edición, que hemos publicado con informe muy laudatorio de la Real Academia de la Historia.

confirmat, Roy Pedrez confirmat, Migal Pedrez confirmat, Petrus et Iohannes hic testes sumus et de manus nostras roboramus, Petrus scripsit.

El año 1200 comenzó en feria VII (sábado); el día 25 de julio fué feria III (martes), y no feria V (jueves), como dice la carta I. Si en el año bisiesto 1200 el día de aumento no se hubiera agregado al mes de febrero, sino con posterioridad al día 25 de julio; verbigracia, al fin de diciembre, de lo cual hay ejemplos en los siglos medios, el día 25 de julio de 1200 caería en lunes o feria II, y como este número romano fácilmente toma la forma de V o feria V, se explicaría la equivocación del amanuense. (V. nota A.)

II

Miércoles 24 de julio. Sin año (1202).

[f. 1 vto.] [LUESA]

In Dei nomine. Ego Gonzalvo Roderici de Ceuallos, non per metum neque per turbatum sensum, set per expontanea mea voluntate per remedium anime mee vel parentum meorum, facio carta ad regula Sancte Iuliane et a tibi abbati Don Petro et ad clericis, qui ibi servient de mea hereditate que est in villa de Luesa loco nominato el solar de Petro Feles et el solar de Quintana. Sic do et affirmo aquestos dos solares stabile per semper. Si quis homo qui hanc cartam disrumpere quesierit sic ille maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus. Facta carta die notu feria IIII.ª, VIIII kalendas augustas, regnante Rex Alfonso in Toleto et in Castella et Regina Don Alionor et el Infante Don Henric, Majordomo del Rey Gonzalvo Roiz Giron, Merino García Roiz Barua, Potestas en Asturias Don Nunno, Merino Fernando Martinez, Gonzalvo Gonzalvez confirmo, Didago Gonzalvez confirmo, Gutierre Gutierrez confirmo, Roy Fernandez confirmo, Didaco Alfonso confirmo, Fernando Gonzalvez confirmo, Roy Monioz confirmo, Roy Sanzez confirmo, Domingo Pelaiz Teste, Iohannes Petri de Arce, Iohannes Gonzalvez teste, Martin Gonzalvez Teste, Petrus et Iohannes hic testes sumus et de manus nostras roboramus, Petrus scripsit.

Esta carta, fechada el día 24 de julio, miércoles, sin expresión del año, debe de ser de fecha próxima a la anterior: 1.°, en la primera se dice que el día 25 de julio fué jueves, y en ésta se dice que el día 24 fué miércoles; 2.°, las personas que firman la primera carta se repiten casi todas en la segunda.

De todos modos, una y otra carta son de los primeros años del siglo XIII, y son las más modernas del *Libro de Regla.* En el año 1202, que comenzó por martes, el día 24 de julio fué miércoles.

III

28 de mayo de 870.

[f. 2.]

IGLESIAS DE SUANCES

Sub Christi nomine. Ego Iames, licet indignus, presbiter qui sum filius quadam patris mei Quiriaci, et matris mee Carterie traditorem vel testamentum facio eclesie sancte vel regule in nomine Trinitatis Patris et Filii, et Spiritus Sancti, quod corde credimus ore profe-rimus Patrem ingenitum, Filium genitum, Spiritum Sanctum ab utro-que procedente: Filium solum carnem de Virgine suscepisse et in mundo pro salute hominum in se credentium venisse et de Patre Spiritu Sancto nunquam recessisse. Quia ipse dicit: Ego et Patrem unum sumus, et qui me habet, habet et Patrem, et qui me videt videt et Patrem. Iterum dixit: celum mihi sedis est, et terra scabel-lum pedum meorum. In celo angeli totam Trinitatem adorant et in terra hominibus predicant. Ite, vendite omnia que possidetis, et date pauperibus, et venite sequimini me. Et iterum: si quis vult post me venire abneget semetipsum, et tollat crucem suam et se-quatur me. Et alibi: qui plus fecit patrem aut matrem, uxores, filios, aut agros, vel que mundo transeunt plus quam me, non est me dignus. Et iterum: qui non odit patrem aut matrem vel uxorem, filios aut agros, vineas, pomares, aut omnia que in mundo possidet, et animam suam propter me, non est me dignus. Proinde melius multoque melius est mundum calcare, Evangelium complere. Quia sic dicit: da omnia pauperibus, et veni sequere me, et habebis vitam eternam. His auditis pro remedio anime mee, per huius testamentum scriptura testamenti quidquid visus tenere, habere, vel possidere, aut deinceps ganare, vel proligare potuero, trado his baselicis sanctis in

villa que dicunt Suancies, Sancto Salvatori, Sancto Martino Confessoris Christi, Sancto Felici, Sancte Leocadie, et Sanctorum Cosme et Damiani, quorum me servum rem contestor. Trado omnia et contesto quidquid mihi pertinet, vel quidquid mihi parentes mei tradiderunt et iuri meo habe, id est iumenta, animalia, peccora promiscua, domicilia, casas, horrea, apotega, vestimenta et ornatum ecclesie, casullas, libros quos habeo, vel quos adhuc conscribere potuero. Ministeria vel omnia contensilia ecclesie, scalas argenteas, vinea et pomares, cupas, vel vasa vitrea, orceorum terreum, conca terrea, terras quod mihi pertinent in Soancies ab omni integritate, tam divisa quam et indivisa quicquid infra terminos de ipsas villas evenerit, tam in culto quam et in leuco, exitum vel ressitum, felgaria, molina, sive et illa salsa in Menico, cum sua tora et ipsum solarem quem comparavi in ipsa salinas sive et paragiam quem comparavi de filios Benedicti et Papiano, iusta ipsa conclusa in ipso monte ubi ipse ecclesie fundata est, in ipso loco omnia superius nominata ad ipsas baselicas sit traditum et consignatum, ut nullus ex inde vindere, vel donare habeat potestatem. Scilicet quicquid ibidem in Dei laudibus conmoraverint et fideliter Deo servierit, et comuniter vel regulariter per collacionem vivere voluerit, ipsi illud obtineant. Et nullus senior hic per superbiam leuare se presumat, sed nisi quem sancta collatio vel sua humilitas elegerit, sive sit unus, sive plures, seu sit, presbiter, diaconus, monacus, advena, incola, rapacius peregrinus, servus, hanc liber, propincus an extraneus, sicut superius dixi, qui ibidem ad ipsas ecclesias cultor extiterit, et regulariter vixerit sub uno absque divisione aliqua omnia teneant, et propter nomine ipsius ecclesie sancte vindicent atque defendat. Post obitum vero suum cultoribus ipsis sanctis ecclesiis vel regule sancte possidendam relinquant. Et nullus en inde ad aliam conversationem vindere vel donare presumat, sed ipse illud obtineat qui Deo servierit, et pro nobis elemosinas..... sacerdotes evocaverit qui pro peccatis nostris oblationem Deo obtulerint caste et pie vixerint. Seu sit unus sive plures, seu sit propinquus an extraneus seu qui supervenerint. Si quis sane quod fieri minime credo hec, testamentum ad me factum aliquis de parte mea inrumpere voluerit, ad illo ad iure ipsius ecclesie sancte auferre presumserit aut aliquam divisionem in eadem ecclesiam mittere voluerit in primis sit a sancta communione extraneus et cum Iuda

traditore in inferno dapnatus, et insuper inferat ad ipsas ecclesias auri libras tres, et hec testamentum iuris ecclesie firmis permaneat. Factum testamentum vel pactum sub die quinto kalendas iunias, era DCCCC.ª octava. Ego Iames in hanc testamentum manu mea testibus tradidi roborandum, Stephanus presbiter testis, Advescencius presbiter testis, Agitus presbiter testis, Nonitus presbiter testis, Quiricus presbiter testis, Felpe presbiter testis, Portemius presbiter testis, Argaziz presbiter testis, Mauriz testis, Severus testis.

No se expresa en esta carta la feria o día de la semana correspondiente al 28 de mayo del año 870. Este año comenzó en feria I (domingo), y el día 28 de mayo fué también feria I (domingo).

Esta carta es la más antigua del *Libro de Regla*. En ella no se menciona la iglesia de Santa Juliana, pero se explica, porque sólo se trata de mandas hechas a las iglesias de Suances en honor del Salvador, de San Martín, de San Félix, de Santa Leocadia y de los Santos Cosme y Damián, que con el tiempo se incorporaron a la abadía de Santillana.

IV

Jueves 6 de julio de 1122.

[f. 3] COUBRECES

Sub Christi nomine. Ego Gundisalvo Godestioz Deum timendo, et penas inferni evadendo, et paradisi introiendo trado corpus meum cum propio meo solare Deo et regule Sancte Iuliane et tibi abbati Martino cum omnibus ibidem servientibus, et est illo solare in Alfoce de Cabeçone in certo loco in villa que dicitur Caobreçes. Casas et orreos, et cunctis tectibus, terras et pomares, defessas, exitus et regressitus, de monte in fonte, ipso solare pro certis suis terminis ab omni integritate, do et ofero et roboro a Deo et a Sancta Iuliana, et tibi abbati meo Martino, pro remedio anime mee vel parentum meorum, ut do hodie die vel tempore de iure de me Gundissalvo Godestioz sit abstersum et in iure Sancte Iuliane sit traditum atque confirmatum. Si quis tamen quod fieri minime credimus tan ego quam aliquis ex meo genere, vel extranea, hanc scripturam infringere temptaverit quisquis ille fuerit qui talia comiserit, in primis sit maledictus, et descomunicatus usque ad septimum generationum cum Da-

tan et Abiron, cum Symone Mago, et Nerone, et cum Iuda traditore, cum diabolo et angelis eius in profundum inferni lugeat in eterna dapnatione, et super inde pariet istud qui in hac regla resonat duplatum vel triplatum cum auri libras tres, et ad Imperatoris tertie pariet libras V. Facta carta die notu quinta feria, II.º nonas iulii, era M. C. L. X.ª, regnante Rex Allefonsus Pampilonense, in Castella. Et ego Gondissalvo Godestioz in hac regula que feci, volui legendo, audivi manu mea + roboravi coram testes Citi Velliti. Hic testes sumus manus nostras + + roboravimus.

El año 1122 comenzó en feria I, o sea domingo, y el 6 de julio fué jueves (feria V), como dice el documento. Reinaba en Castilla D. Alfonso *el Batallador* y era abad Martín.

V

Sin año (1111-1122).

[f. 5.] CAMPLUENGO, SOPEÑA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris videlicet et Filii et Spiritus Sancti, qui unus et admirabilis extat per nunquam finiendam secula seculorum. Amen. Ego Sol Rodriz, filia de Rodrigo Hectaz, Deum timendo, et penas inferni evadendo, et paradisi introiendo, trado corpus meum et animam meam simul cum suo solare quod habeo in villa que vocitant Campolongo, cum casas et horreos, et terras, et pomares, defesas, exitus et regressitus de monte in fonte, medietate et illa medietate ab omni integritate trado Deo et regule Sancte Iuliane Virginis, et tibi abbati meo Martino, cum omnibus qui servis Dei ibidem sunt orantibus, et servientibus pro remedio anime mee vel parentum meorum. Do et roboro, et offero Deo et regula Sancte Iuliane omnia mea hereditate en Quebeda en Sopenna meas divisas, hic et ubique et in cunctis locis quantum mihi pertinet inter meos fratres ab omni integritate, ut de hodie die iure meo sit tersum et in iure Sancte Iuliane sit traditum atque confirmatum. Si quis tamen quod fieri minime credimus tan ego quam aliquis ex mea proienies, vel extranea hanc nostram scripturam infringere temptaverit, quisquis ille fuerit qui talia comiserit, in primis

sit maledictus et excomunicatus usque in septimum generationum, cum Datam et Abirone, cum Symone Mago et Nerone, et cum Iuda Domini traditore, cum diabolo et angelis eius luat in profundum inferni in eterna dapnatione, et super inde pariet istud qui in hac carta resonat dupplatum vel tripplatum cum auri libras quatuor et ad Imperatoris tertie pariet V, libras auri. Regnante Rex Allefonso Aragonense in Castella, et ego Sol Rodriz in hac carta que feci legendo audivi manu mea + roboravi coram testes Citi Velliti, hic testes sumus manus nostras + roboravimus, Michael notarius.

No se expresa en esta carta el año, pero se puede deducir con bastante aproximación. Según se dice, reinaba en Castilla el rey de Aragón Alfonso: «Rex Allefonso Aragonense in Castella»; también se dice que era abad Martín: «et tibi abbati meo Martino». Este abad regía la Comunidad de Santillana por los años de 1111 a 1122, época en que D. Alfonso *el Batallador* tenía disensiones con su esposa D.ª Urraca.

En otras cartas veremos que D.ª Urraca en esta época se titula reina de León y de Galicia.

VI

Sin año (1085-1109).

[f. 4.] EN CABEZÓN

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris videlicet et Filii et Spiritus Sancti qui unus et admirabilis extat per numquam finienda secula seculorum. Amen. Ego Michael Flaynez Deum timendo et penas inferni evadendo, et ianuam paradisi introiendo pactum vel testamentum facio Deo et regule Sancte Iuliane et tibi abbas Dopno Martino, et a servos Dei qui ibidem serviunt die at nocte trado corpus et animam meam simulque meo solare quod habeo de parentum meorum, et est ipso solare en Alfoç de Capeçon in villa que vocitant Serna per terminum de solar de Annaya Cidez, II.º termino per illa itinera antiqua, III terminum per solar de Annaya Stephaneç, quarta terminum de rio Everneru infra ipsos quatuor terminos cabo illo solare quod superius resonat cum casas et orreos lagare, et abdega cum cupas plenas, curtes, et cum omni mobilia et quantum potui plantare et acmentare, et comparationes, exitus vel regressitus de

monte in fonte ubiqui potueritis invenire ab omni integritate et duos solares en Salinas et in illo puteo mea divisa, et in illa monestina mea portione et abeatis illo firmiter. Ego Michael dabo illo propter remedium anime mee, et propter remedium parentum meorum, et teneat illo Petro Michaelleç meo filio et sedeat cum illo homine de Sancta Iuliana a bien fer cum honore et prestamo et caballo et abeat illo pro hereditate ille et filiis suis et neptis et generatione de eius nati, et in festivitate Sancte Iuliane quatuor focaças et I tocinu aut uno ariete, et uno uter de sicera det filio meo pro anima mea aut qui illa hereditate post abuerit. Semper ista donatione habeat inde abbas Sancte Iuliane et servos Dei qui ibidem fuerint et serviunt die ac nocte ut illos inde abeant tolerationem et ego ante Deum remissionem peccatorum. Amen. Et si abbas advenerit straneus aut aliud abbas et pro mala parte quesierit meo filio levar et sine capitulo et sine directo vadat se meo filio cum sua hereditate ubique voluerit et donatione quod superius diximus umquam non fallat, et de terra et de pumares Patrigano cum terras et pumares cum suos terminos ab omni integritate et illo pumar de Arniella et integro cum suos terminos ab integritate, et in illa Aguera cum totas suas hereditates.................................

Faltan dos hojas en el original. Prosigue el fin de otra donación, que dice:

..... C.ª LXXXII, regnante Imperatore Allefonso in Legione et in Castella, et in Toleto. Et ego Petrus et Marina et filios nostros in hac regula que fecimus legendo audivimus, et de manus nostras + + roboravimus, Michael notarius.

VII

Sábado, julio de 1116.

f. 5.

ORDUN EN VALDEGUÑA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris videlicet et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego Donna Tegridia Deum timendo et penas inferni evadendo et paradisi introiendo trado a Deo, et facio regula Sancte Iuliane et ad tibi abbati Martino simul cum congre-

gatione Sancte Iuliane de una terra cum sua pomifera, et est ipsa terra en Alfoçe de Egunna in villa que vocitant Ordum per terminum de Didago Gonsalvez, II termino de Iuliano Petriz, III termino de Petro Michaelliz, IIII termino de illo prato de Sancta Iuliana, infra ipsos quatuor terminos ipsa terra ex integra ab omni integritate, pro remedio anime mee et parentum meorum, ut servos Dei habeant inde tolerationem, et ego Tegridia ante Deum remissionem de peccatis meis. Ita ut de hodie vel meo iure sit ipsa terra egressa, et in iure de Sancta Iuliana sit tradita atque confirmata. Si quis tamen aliquis homo ad disrumpendum venerit vel venero Tegridia aud positas *(forte posteritas)* meas aut gens mea, aut qui contemptor extiterit qui comiserit, in primis descendat super eum ira Dei, et in fine non accipiat comunionem, sed cum Iuda traditore habeat partem in eterna dapnatione. Amen. Et super inde pariet ista terra duplatam vel triplatan in simile tale loco cum auri libras V, et ad Imperatoris tertie X libras de auro. Facta carta die notu sabbato..... iulii, era M.ª C.ª L.ª IIII.ª regnante Allefonso Aragonense et Regina Urraca in Legione et in Castella, et Comite Roderico Gundisalviz in Asturias et Petrus Godestioz Maiorino et ego Tegridia in hac carta que feci legendo audivi et de manu mea + roboravi coram testibus, Petrus et Iohannes hic testes sumus et de manus nostras roboravimus + + Michael notarius scripsit.

Sábado..... iulio del año de N. S. J. 1116.

El año 1116 (bisiesto) comenzó en feria VII, o sea sábado; por tanto, los días 1, 8, 15, 22 y 29 de julio fueron sábado, suponiendo que el día de aumento, por ser bisiesto, se agregaba al mes de febrero. Reinaban D. Alfonso *el Batallador* y su esposa D.ª Urraca en León y en Castilla, y era abad Martín. Subscribió la carta «Michael notarius».

VIII

Domingo 12 de febrero de 1056.

[f. 5 vto.]

UBIARCO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus, vel omni populo christiano viventibus et in regula sancta consistentibus, ego Iuliana Iohannes una cum filiis meis Iohannes et Maria pro remedio anime mee et parentum meorum trado et concedo ad partem et in regula Sancte Iuliane et reliquiis qui ibi sunt, et ad tibi Antolino abba, et ad illos servitores ecclesie qui ibi demorantur, et ut partem abeam in orationibus, elemosinis, vigilis que in ipso loco facte sunt. Inde trado vobis uno solare con casas et orreos et tota sua hereditate in monte in fonte ubicumque potueritis invenire ab omni integritate, et est ipso solare et ipsa hereditate in villa Ubiarco in loco nominato Enege, et isto solare dolo (sic, *pro dono)* a Sancta Iuliana a foro quomodo dicitur V, panes en enfurcion et una gallina, et III, obreros a labore. Non entre in illo solar sayon nin merino nin de erega, et abeant los sos filios ad isto foro, et si abuerint abbate, aut prior, aut merino, aut ego Iuliana, aut filiis, aut neptis unus ex alteris rencura, vengan a capitulo, prendan directo et si non quisiere darles derecto, vayas con toda sua hereditate et si abbate Sancte Iuliane tenendolos a derecto quisierense ir, lexen la hereditate, et vayanse. Si quis tamen aliquis homo qui contra hunc factum nostrum a disrumpendum venerit, in primis sit ille maledictus et excomunicatus cum Datan et Abiron et Symone Mago, et Nerone cum Iuda traditore cum diabolo et angelis eius luat penas in inferno inferiore. Facta carta die dominico, II.º idus februarias, sub era M.ª LXXXX.ª IIII.ª

El año bisiesto 1056 comenzó en feria II (lunes); el día 12 de febrero no fué domingo, sino lunes. Es de creer que la carta es del año 1055, en el cual fué domingo el día 12 de febrero.

La carta contiene una donación en Ubiarco, siendo abad D. Antolín.

IX

19 de septiembre de 1111.

[f. 6.]

SEÑORÍO EN OREÑA

In nomine Sancte Trinitatis. Ego Urracha Dei gratia totius Spanie Regina vobis Sancte Iuliane et eiusdem ecclesie abbati Donno Martino et clericis ibidem in presenti et in futuro deservientibus in Domino Deo eternam salutem. Amen. Quando quidem honor et imperium istius mundi sunt causa transitoria quantum ad Dei honorem et futurum ineffabile gaudium, ergo rectum et dignum est ut in quantum possumus deservire et tota mente placere studeamus. Qua propter ego iam dicta Regina Dona Urracha pro anima patris mei tantum facio cartam et testamentum supradicte ecclesie Sancte Iuliane de Asturiis, et prefato abbati Dopno Martino et clericis in eadem ecclesie deservientibus de omni hereditate quam habeo in Valle de Horennia per suos terminos antiquos. [Scilicet primo termino per Peña Albea, II.º termino per Arenna de Sancta Eulaya de Luanna, III.º termino a la Penna de Penna camin, IIII.º termino usque ad Pelagum Pelanebrera. Infra istos terminos supradictus] (1). Ubicumque potueritis invenire eam ab integro in solares, in vineas, in pomares, in ortos, in pratos, in pascuis, in montes, in fontes, cum exitibus et introitibus, ut abeatis et possideatis vos et qui post vos in ecclesie Sancte Iuliane Deo servierint, et faciatis inde totam vestram voluntatem. Dono vobis ut in totam vallem non intret aliqua potestas per nulla voce, nec meus merinus, nec meus sagio, nec de ullo aliquo homine nisi vester merinus et vester sagio et quem vost ibi post vestram posueritis, nec faciatis inde facendariam nec ad me, nec ad aliquem alium hominem. Et si aliquis homo hoc meum regule donum quod ego Regina Dopna Urraca dono ecclesie Sancte Iuliane frangere ausus fuerit, quisquis fuerit sit excomunicatus et cum Iuda traditori penas inferni patiatur, et in super hec scriptura maneat firma. Ista carta fuit..... sub era M.ª C.ª XL.ª VIIII.ª, XIII kalendas

(1) Las líneas incluídas entre corchetes van en el Cartulario añadidas como nota.

octobris, regnante eadem Regina in honore patris sui, Miennaia Gutier Fernandez Curialius Maiordomus confirmat, Comes Donus Rodericus Asturiensis confirmat, Didacus Vermundez confirmat, Petrus Assuriz et Comes confirmat, Petrus Gundisalvez de Lara et Comes confirmat, Munio Roderiquiz confirmat, Magistri Petrus Annaiaz cuius ingenio et intimatione hanc cartam Regina Donna Urraca fecit fieri et propia roborare proprio signo confirmo + Martinus Pelagiades Ecclesie Sancti Iacobi canonicus et eo tempore in Curia Reginne Donne Urracce notarius quod scripsit confirmavit, Citi et velliti testes, Martinus qui notuit.

Contiene esta carta una donación hecha a Santillana por la reina D.ª Urraca en el día 19 de septiembre del año de 1111; el abad de Santillana era D. Martín (primero de este nombre). Al hablar de la abadía se dice: «Ecclesia Sancte Iuliane de Asturiis».

X

Sin año.

(f. 6 vto.)

EN CABEZÓN

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, presbiteris, diachonibus, clero atque omni populo christiano fidelissimo Deum timentibus et in regule sancte consistentibus, ego Vermudo Rodris et uxor mea Tarasia acsi indigni pactum vel testamentum tradictionis facimus propter remedium anime nostre ad regula Sancta Iuliana cuius corpus tumulatum est in villa Planes et sub regimine Petrus abba tradimus adque concedimus nos supradicti Vermundo Rodris, et Uxor mea Tarasia ad ipsa regula Sancta Iuliana nostras casas cum suas hereditates qui sunt in territorio de Cabeçone iuxta flumine Saya in villa que vocitant Varcenaciones. Damus ipsas casas cum orreos, cum abtechas, cum curtes, cupas cum omni adiacentias suas, terras, pumares, felgarius, pratis, pascuis, padulibus, exitus vel regressitus de monte in fonte ubique potueritis invenire ab omni integritate et in alio loco in villa de Conulles tradimus atque concedimus nostras casas cum suas hereditates et suos pumares felgarius cum exitus...........................

Faltan dos hojas en el original. Prosigue con otro trozo de donación, de este modo:

XI

Jueves 27 de febrero de 1111.

[POLANCO]

..... Deum timendo et penas inferni evadendo, et ianuam paradisi introiendo, trado atque concedo ad ipsum locum sanctum illa mea hereditate cum suas casas et suas pumares que sunt ipsas casas et ipsas hereditates cum omni adiacentias suas in territorio de Camesa in loco predicto in Polanco trado adque concedo pratis, pascuis, padulibus, exitus vel regressitus et mea divisa in illa villa de monte in fonte ubique potueritis invenire ab omni integritate, et in alio loco de Chavançone quamtumque quadra inter meos heredes, terras, pumares, tectis, silvas, et defesas atque pascuis, padulibus, exitus vel regressitus, de monte in fonte ubique potueritis, invenire de ipsa hereditate abeatis illo post iure de regula Sancta Iuliana quieto et quicquid ex inde facere volueritis in Dei nomine abeatis potestatem ut mihi Roderico Gutierrez ante Deum merces perveniat, et ego Roderico Gutierrez in hoc pactum vel testamentum traditionis quod feci a Deo, et ad regulam Sancta Iuliana, cuius corpus tumulatum est in Villa Planes et a tibi abbas Martinus, firmis permaneat semper. Si quis tamen contra hunc factum meum ego Roderico Gutierrez aut proienie mea vel quislibet homo inrumpere quesierit, in primis ira Dei descendat super eum, et excomunicatus permaneat ad sacrosanctam comunionem, et cum Iuda traditore abeat partem in inferna dapnatione. Amen. Et post temporali pena parie ipse omne diabolicus qui hunc pactum meum inrumpere quesierit pariet primis ad parte de ipsa regula Sancta Iuliana quantum ausus fuerit conatus inrumpere duplatum vel triplatum cum flagellis C, et post parte comite civitatis parie auri libras V, et scriptura ista non rumpetur, sed firmis permaneat, et obtineat. Facta scriptura ista die V.ª feria, III kalendas martias, era M.ª C. X[L] VIIII, regnante Rex Adfonsus in Legione et in Castella adque in Aracone, et Regina uxor eius Dopna Urracha. Ego Roderico Gutierrez in hoc pactum quod feci propter

remedio anime mee et parentum meorum et requiem defunctorum volui et legenter audivi, et de manu mea + roboravi coram testibus Citi Veliti, hic testes sumus et de manu manus nostras + + roboravimus, Rodericus Chomes Asturiense confirmo, Didaco Vermudiz confirmo, Vermud Munno Rodriz confirmo, Guntsalvus Ansurit confirmo, Fernando Petriz confirmo, Iohannes presbiter notavit.

El día 27 de febrero de 1111, fecha de esta carta, no fué jueves, sino lunes, puesto que el año comenzó por feria I (domingo).

La semejanza de los números romanos que expresan el lunes y el jueves, feria II, feria V, explica que se transcribiera uno por otro. En el original está borrada la L de la fecha; pero es indudable que la fecha es 1111 o algún año próximo, pues se dice que reinaban D. Alfonso *el Batallador* y su esposa D.ª Urraca.

XII

Sin año (1111-1122).

[f. 7 vto.]

EN CAMARGO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris videlicet hac Spiritus Sancti qui unus et admirabilis extat per numquam finiendam secula. Amen. Ego enim Urracha Rodriz diem iuditi timendo portas inferni evadendo et ianuam paradisi introiendo facio expontanea mea voluntate regulam vel pactum tradictionis a Deo et a Sancta Iuliana virginis cuius baselica fundata est in patria Asturiensis et ad tibi abba Martinus et a collegio monacorum qui ibi deserviunt ut ego abeam protectores et ad Deum semper rogatores. Amen. Ego iam dicta Donna Urracha trado adque concedo in territorio de Camargo in illa villa de Calva meas casas et orreos, lagares cum abdegas, cupas, curtes cum omni ornamenta terras, pumares, defesas, exitus vel regressitus et cum omni adiacentias suas de monte ubique potueritis invenire et mea divisa in illa villa ab omni integritate et in alio loco prenominatos in illa villa de Liencres qui est iuxta litore maris, concedo ego Dopna Urracha in ipsa villa iam dicta de Liencres ad regulam Sancte Iuliane meas casas et meos orreos, lagares et abtegas, cupas, curtes, et tota mea hereditate cum suos pumares, cum exitus et..........................

Esta carta incompleta carece de fecha, pero por ser abad Martín y por regir una Comunidad de monjes «ad tibi abba Martinus et a collegio monacorum», creemos que se redactó en tiempo de D. Alfonso de Aragón y de D.ª Urraca (desde 1111 a 1122), época en que Martín (primero de este nombre) regía la Comunidad. En tiempo de Martín (segundo de este nombre) (años 1128 a 1157), ya no había monjes en Santillana, sino canónigos regulares. (V. carta XX.)

Falta una hoja en el original. Prosigue después con el fin de otra donación, y dice:

XIII

Martes 10 de mayo de 987.

..... et in agone Christi certavit vel in Dei liberius comemoratus fuerit abeat ex inde toleratione et mihi Donna Fronildi ante Deum mercis perveniat et nullus inde a laicali conversationi reducere presumat nec ab ipsa ecclesia auferre presumat. Si quis presumpserit anatematizatus et excomunicatus permaneat, et cum Iuda traditore in inferno dapnatus, et pro temporali pena pariet ad pars ipsius ecclesie Sancte Iuliane aliud tantum duplatum et ad Imperatoris tertie parie auri libras V.ᵉ et hoc testamentum juris ecclesie firmis permaneat. Facta scedula testamenti die III.ª, feria VI.ª idus madii, era M. XXV, imperante Comite nostro Garcia Fernandez, et ego Donna Fronildi in hoc testamento de me facto que relegente audivi manu mea + roboravit coram testes. Belliti hic citi testes + Ermegildo hic testis, Quiricus ic testis + Roderico Telliz in mea presentia + Nunno Velasquiz in mea presentia + Roderico Velasquiz in mea presentia + Galindo presbiter in mea presentia. Donna Otrocia in mea presentia + Gundesalvo Acisonez in mea presentia + Donna Goto in mea presencia + Garcia Fredenandez Comes confirmo, Donna Iusta in mea presencia + et Ava Cometissa confirmo et de omni ornatu ecclesie idest I. Corona argentea et ornata cum lapidibus preciosis et II casullas illa una grecisca, et II mancipiellos nomine Vicenti Mauro et illa mulier Arvidio ego quod tradidit confirmavit et einc roboravi.

El año 987 comenzó en sábado (feria VII), y el día 10 de mayo fué martes, como dice el documento.

La donación hecha por D.ª Fronilde en tiempo del conde García Fernández no puede precisarse por estar la carta incompleta.

XIV

Domingo 7 de julio de 933 o 967.

[f. 8.]

UNIÓN DEL MONASTERIO DE SAN PEDRO DEL VALLE Y SUS DECANIAS

Sub Christi nomine. Ego Ermegildo abba Deum timendo, penas inferni evadendo et paradisi conquirendo, et vocem Domini audiendo: venite benedicti Patris mei accipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Ego iam dictus est Ermegildus trado ad regula Sancta Iuliana, et ad tibi abbati Donno Alvaro et norma monacorum unu monasterium que vocitant Sancti Petri de Valle do et concedo cum suo directos et suas abiacentias et per suos terminos nominatos id est per terminum de Gomez Didaz que nominant Golpegeras, et per illa Cova del Gatu, et per illu lividu, et per illu arrogium que discurre iuxta illa villa que vocitant Quintana, et illu arrogium a Sarçoso, et iuxta illas casas de Martino Didaz, et per illa itinera antiqua ad illu rivo que vocitant Selione, et ipso rivo a iuso usque a Sancta Leocadia que istos terminos includent cum omni prestancia. Do et concedo a Sancta Iuliana et cum suas decanias in illo puteo de salinas in illa decania de Cesura tres poçales de moria et illa decania de Fresnedo III, poçales de moria, et in illa decania de Carreio III poçales de moria, et die sabbato III betiellos de moria, et quatuor sernas foras terminos de regla, et in flumine Salia una cannalera de piscamina in illa pescaria que vocitant vado-levaniego, et de intus terminus de iure de mihi iam dicto Ermegildo abba traslatum, et in iure de tibi Albarus confirmatu ut abeant servi Dei substancia, et ego Ermegildus Dei misericordia et que de mea gens aut posteritas mea inquietare voluerit aut si non obsequio monasterio. Et in illa villa que vocitant Serna habet duas sernas obtimas et bonas cum tres calices monilarius, et suas defesas que posuit Abraam Flainez et decanias de Sancti Petri id est Sancto Iohannes de Maguquo et dalia decania Sancto Cibriano et alia decania que vocitant Sancta Lucidia. Istas

decanias iam supra dictas cum suas defesas et suas aquaductus et suas prestancias cum omni bonitate. Ego Ermegildus una pariter cum eredibus meis do et concedo ad regula Sancte Iuliane Virginis et ad omni clericorum, et ad tibi abba Albarus ut in diem iudeitii subveniat nobis pietas Christi. Amen. Si quis tamen aliquis homo ad disrumpendum venerit vel venero, aut de posteritas mea aut de aliqua gens qui contentor stelerit aut qui talia comiserit quoquomodo pariet tale monesterio cum sua prestancia duplatum vel triplatum cum auri libras VIII, et ad pars Imperatoris tercie trecentos solidos pariet, et super hanc descendat super eum ira Dei, et ruina celi et in diemi iudicii cum Iudas traditore abeat parte in eterna dapnatione. Amen. Et disperdat illum Deus sicut disperdit Datan et Abiron. Amen. Facta regula pactu vel testamentum de mihi Ermegildus abba et de heredibus meis benefactum nostrum die quod erit notum dominicum, nonas julii, era DCCCXXI, regnante Rademirus Rex in Legione, et in Castella, Comite Guntsalvo Fernandez, et ego Ermigildus abba in hoc testamentum sanctionis quod feci volui et legendo audivi et de manu mea + roboravi coram testes, Beato + roboravi, et Vicenti + roboravi, et de Infançonibus nominati Didaco Rodriz + confirmo, Martino Didaz confirmo, Roderico Feles + confirmo, Feles Menen + confirmo, Meniz Berielliz + confirmo.

Domingo día 7 de julio de la era 821 (año de J.-C. 783), siendo rey de León D. Ramiro, y conde de Castilla Gonzalo Fernández

Todo está en esta fecha en contradicción: la era, la feria, el rey y el conde. En el año 783 no fué domingo el 7 de julio, sino lunes; no reinaba ningún rey Ramiro, y no tenemos noticia de ningún conde Gonzalo Fernández en Castilla por aquellos años. De los tres reyes con nombre de Ramiro, el primero no fué rey de León, sino de Asturias, y reinaba por los años 842 a 850; no puede referirse a él la carta.

Berganza (v. *Antigüedades,* tomo I., págs. 372, 373, 375, 566) nos da noticias de un conde Gonzalo Fernández, en Burgos y en Castilla, que firma en cartas de los años 899, 912, 914, 915. Antes que Berganza, nos da noticias del conde Gonzalo Fernández el P. Sota (v. *Crónica de los Príncipes de Asturias,* págs. 471, 472 .....), y dice que figuraba como tal conde en el año 931.

La carta es indudablemente de tiempo de Ramiro II (930-950) o de Ramiro III (967-982), y en ambos casos hay que suponer que el nombre del conde de Castilla está equivocado, debiéndose leer «Ferdinando Guntsalvez».

El día 7 de julio del año 933 y el mismo día en el año 967 fueron domingo; en el primero de estos años reinaba Ramiro II, y en el segundo Ramiro III.

XV

28 de marzo de 1157.

[f. 9.] EN ORDUN DE VALDEGUNA

Sub Christi nomine. Ego Petrus Michaeliz Deum timendo et penas inferni pavendo facio cartula nominata en Vilordum la una hereditate super casa de Petro Iulianiz, I.º termino de Petro Iulianez et de Diago Gomez, II.º de Donna Tegrilla que es de Sancta Iuliana, III.º las Pennas, IIII.º la carrerra de altera hereditate. I.º termino de Diago Gomez, II.º et III.º de Sancta Iuliana, IIII.º de Petro Iulianiz. Facta carta die III.ª feria, V kalendas aprilis sub era M. C. nonagesima V.ª, imperante Imperator Aldefonsus in Toleto et in Legione, et in tota Urbe Spanie, Infanta Donna Sancia, abbas Sancte Iuliane Martinus, ego Petrus Michaelliz ista hereditate dono et concedo a regula Sancte Iuliane, et hanc cartam que feci legere audivi et de manu mea signum roboravi coram testes Citi et Belliti. Hic testes sumus, set de manus nostras signum roboramus.

La feria característica o por la cual comenzó el año 1157 fué martes; el día 28 de marzo fué jueves, y no martes, como dice el documento. Era abad Martín II, y firma la infanta D.ª Sancha, que murió ya en 1159.

XVI

Miércoles 27 de mayo de 1117.

[f. 9 vto.] MONASTERIO DE SAN SALVADOR DE BLANDES EN PEÑARRUBIA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, presbiteris, diachonibus, clero atque omni populo christiano fidelissimo Deum timentibus et in regule sancte consistentibus, ego Gonçalvo Sanciez una cum meos iermanos Martino Sanciez et

Flamma Sanciez, et Yelo Sanciez, Maria, et Goina, et filios de Galindo Sanciez Gonçalvo et Sancio et Pelagio et filios de Maior Galindiç, et filios de Maria Sanciez, et filios de Tota dueña. Nos quidem indigni pactum vel testamentum tradictionis facimus propter remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum ad regula Sancta Iuliana cuius corpus tumulatum est in villa Planes et sub regimine Martinus abba, tradimus adque concedimus nos supradictis quarta en nuestro monasterio que abemus de parentorum nostrorum in territorio de Penna Rubia Sancti Salvatoris de Blandes cum omni adiacentias suas, et ego Sancio Galindeç de Villanova una cum meos iermanos, et ego Pelagio Quinlaç una cum fratribus meis, et ego Munio Gutierreç, et Martino Gutierreç una cum nostros iermanos et neptos de Didago Petriç, et e'go Sancia Petriz una cum viro meo Petro Munnioz et Pelaio Petriz, et ego Petro Citiz cum uxor mea Oro Petriz et Xemena Petriz, et ego Gonçalvo Citez et uxor mea Maria, e Garcia Fernandez una cum iermanas meas sic tradimus atque concedimus nos iam supradictis in illo monasterio de Blandes iam supradicto Sancti Salvatoris illas tres quartas ab omni integritate propter remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum, pactum vel testamentum facimus a Deo et ad Sancta Iuliana regula, cuius, corpus tumulatum est in villa Planes, et ad tibi abba Martinus una cum collegio clericorum qui ibidem deserviunt diebus ac noctibus, ut quicquid ex inde facere volueritis liberam in Dei nomine abeatis potestatem. Et nos tam viri quam femine qui iam superius sumus scripti, sive primi quam et novissimi sic tradimus atque concedimus nostro monesterio Sancti Salvatoris de Blandes in territorio de Penna Rubia, damus in illo tres capanas et uno calice argenteo et V.e libros et un frontale siricho, et una cithara et IIII.or casulas sirichas, et duas vestimentas complitas cum tectis casas et orreos, abdegas, cupas, lagares, curtes et cum omni sua prestancia, et cum omni adiacentias suas, terras, pumares, felgarius, pratis, pascuis, padulibus, exitus vel regressitus aquis aquarum vel in sedicas molinarum de monte in fonte ubique potueritis invenire quia ad ipso monasterio pertinet. Damus atque concedimus ab omni integritate propter remedium animarum nostrarum, et per requiem defunctorum, seu parentorum nostrorum, et vos inde abeatis tolerationem et nos ante Deum remissionem, ita ut de odie die vel tempore de iuri nostro

egresso et in iuri vestro sit tradito atque confirmato abeatis et possideatis et in perpetuo vindicetis. Si quis tamen aliquis homo tam nos iam dictis quam etiam et filiis nostris aut neptis aut eredibus nostris, aut comes, sive regi, aut potestas, aut homine de subrogata nostra persona qui hunc pactum nostrum inrumpere quesierit aut contra regula Sancta Iuliana proinde contempciosus extiterit, in primis ira Dei descendat super eum et rufea celestia et cum Iuda traditore habeat parte in eterna dapnatione, et excomunicatus permaneat a corpus et sanguinis Domini nostri Ihesu Christi, et post dapna secularia inferat ipso monasterio, cum omni re cum que superius comprehensum est duplatu vel triplatu in simile tale locum cum solidos CCC, et post parte Imperatoris auri libras V.[e] et pactum vel testamentum tradictionis firmis permaneat. Facta scriptura testamentum tradictionis die IIII.[a] feria, VI.[o] kalendas junii, era M. C. L. V.[a], regnante Rex Adfonsus in Castella et in Toleto atque en Aragona sive in Asturias et Regina Donna Urracha in Legione atque in Gallicia, et e'go Gonçalvo Sanciez una cum eredibus qui iam supra sunt scripti de isto monasterio in hoc pactum tradictionis vel confirmationis ad regula Sancta Iuliana et a tibi Martinus abba quod fecimus voluimus et legenter audivimus et de manus nostras roboravimus + + coram testes Citi Veliti, hic testes sumus et de manus nostras + + roboramus, Gonçalvo Sanciez + confirmo, Martino Sanciez confirmo +, Donna Flamma manu mea + confirmo, Fernant Godestioç manu + confirmo, Eilo Sanciez manu + confirmo, Marina Sanciez manu + confirmo, Maria et Goina manus nostras + + confirmamus, Guntsalvo et Sancio manus nostras + + confirmamus, Pelagio manu + confirmo, et nos filios de Maior Galindeç + + confirmamus, filios de Maria Sanciez, manus nostras + + confirmamus, filios de Toda Dueña manus nostras + + confirmamus, Sancio Galindeç manu + confirmo, Pelaio Quitlaç manu + confirmo, et neptos de Didago Petriç manus nostras + + confirmamus, Sancia Petriz manu + confirmo, Petru Munnioz + manu confirmo, Pelagio Petriz manu + confirmo, Petro Citeç manu confirmo, Oro Petriz manu + confirmo, Xemena Petriz manu + confirmo, Gonçalvo Citez et uxor Maria manus nostras confirmamus + +, Garcia Fernandez manu + confirmo, Iohannes presbiter titulavit, manu mea signum fecit.

Miércoles 27 de mayo del año 1117.

El año 1117 comenzó en lunes (feria II). El día 27 de mayo de este año fué domingo y no miércoles. El día 30 de mayo, o sea III kalendas, fué miércoles, y dada la semejanza gráfica de III kalendas con VI kalendas, pues fácilmente se confunden si se unen los trazos de las dos II en III kalendas, se copiaría el día 27 en vez del día 30 de marzo. En esta carta se disciernen bien los Estados en que ejercían soberanía D. Alfonso *el Batallador* y D.ª Urraca, su esposa.

XVII

Viernes 25 de enero de 1118.

[f. 10 vto.]

CERRAZO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris et Filii hac Spiritus Sancti qui unus et admirabilis extat per numquam finienda secula. Amen. Ego enim Petrus Ectaz et uxor mea Iuliana una cum meos iermanos Michael Annaiaz et Iohannes Annaiaz et Iuliana Iulianez, et Maria Iulianez, pactum vel testamentum facimus a Deo et ad regula Sancta Iuliana cuius corpus tumulatum est in villa Planes et ad tibi Martinus abba et ad collegio clericorum qui ibidem serviunt diebus ac noctibus de una terra cum sua pomifera que habemus de parentorum nostrorum. Et est ipsa terra in territorio de Camesa in illa villa de Cerrazo in loco certissimo en Sancti Genesi per terminum de Sancta Iuliana, II.º terminum de Donna Oria, III.º terminum de Sancta Iuliana, IIII.º terminum per illa itinera antiqua. Infra ipsos quatuor terminos ipsa terra cum sua pomifera. Damus atque concedimus propter remedium animarum nostrarum seu parentum nostrorum, et per requiem defunctorum ab omni integritate, ita ut des odie vel tempore de iuri nostro egresso, et in iuri vestro sit tradito atque confirmato abeatis et possideatis et in perpetuo vindicetis. Si quis tamen aliquis homo tam nos iam dictis quam etiam et filiis nostris aut neptis sive regi vel potestas aut qui hunc pactum nostrum disrumpere quesierit aut contra regula Sancta Iuliana proinde contempciosus extiterit, in primis descendat super e'um ira Dei Patris Omnipotentis et rufea celestia, et cum Iuda traditore abeat parte in eterna dapnatione et post dapna secularia inferat ipsa ereditate cum sua pumifera in simile tali loco duplatu vel triplatu cum

solidos C, et ad Imperatoris tertie auri libras V.ᵉ et scriptura ista firmis permaneat. Facta scriptura testamentum tradictionis die VI feria, VIII kalendas februarii, era M. C. L. VI, regnante Rex Adfonsus in Castella et in Toleto, et in Aragonia sive in Asturias et Regina Dona Urracha in Legione adque in Gallicia, et ego Petrus et uxor mea Iuliana et Michael Annaiaz et Ioannes et Iuliana et Maria in hoc pactum quod fecimus voluimus et legenter audivimus et de manus nostras + + roboravimus coram testes Citi Veliti hic testes sumus et de manus nostras + + roboravimus, Alvar Rodric + confirmo, Gutierre Gómez + confirmo.....

XVIII

Miércoles 30 de abril de 1130.

[f. 11 vto.]

EN ARCE

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris videlicet et Filii et Spiritus Sancti qui unus et admirabilis extat per numquam finienda seculorum secula. Amen. Ego Munio Guntisalviz et uxor mea Iuliana pactum et regulam facimus Deo et Sancte Iuliane et ad tibi Martinus abba cum omnibus qui ibidem serviunt propter remedium animabus nostris et parentum nostrorum, damus et confirmamus nostra propria ereditate et solare que habemus en Arze, solar que fuit de patre nostro Adfonso Fannit. Solare cum casas, orreos, terras et pumares et tota sua divisa in montibus, in fontibus e'xitus et regressus, de nos et de nostra gente ab omni integritate, damus atque scriptura firmamus ut servos Dei abeant inde de ipsa hereditate subsidium et toleracionem. Et ego Munio et Iuliana de peccatis nostris ante Deum in diem iuditii remissionem. Si quis tamen quod fieri minime credimus tam nos quam aliquis ex nostra proienies vel extranea hanc nostra scriptura infringere temptaverit, quisquis ille fuerit qui talia comiserit, in primis sic maledictus et excomunicatus usque in septiman generationem cun Datan et Abirone cum Simone Mago et Nerone, et cum Iuda Domini traditore, cum diabolo et angelis eius luat penas in inferno inferiore, et super inde pariet istud quem hac carta resonat

duplatum vel triplatum in simile tale loco cum auri libras V.e et ad Imperatoris tertie pariet libras VIII et scriptura ista in iure Sancte Iuliane firmis permaneat. Facta regula die notu IIII feria, II.º kalendas madii, era M. C. LXVIII, regnante Rex Adfonso filius comes Raimundus, et uxor eius Urracha in Legione et in Toleto et in Castella, et ego Munnio et uxor mea Iuliana in hac carta que fecimus Sancte Iuliane volumus et legendo audivimus manus nostras + + roboravimus coram testes, Petrus et Iohannes hic testes sumus manus nostras + + roboravimus, Michael notuit.

XIX

Jueves 10 de mayo de 1112.

[f. 12]

EN PIÉLAGOS DE ZIGÜENZA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris et Filii hac Spiritus Sancti qui unus et admirabilis extat per numquam finienda secula. Amen. Ego enim Guntisalvo Citiz una cum uxor mea Oria pactum vel testamentum facimus a Deo et ad Regulam Sancta Iuliana cuius corpus tumulatum est in villa Planes, et ad tibi Martinus abba et ad collegio clericorum qui ibidem serviunt diebus ac noctibus de nostra ereditate in Valle de Pielagos in loco predicto ad illo campu, damos illo cum casas et orreos, lagares, abdegas, cum cupas plenas, curtes et cum sua prestancia et cum omni adiacentias suas, cum exitu vel regressitu, pumares, felgarius, pratis, pascuis, padulibus, aquis aquarum vel in sedicas molinarum, et concedimus nostra divisa, in illa villa de monte in fonte ubique potueritis invenire ab omni integritate, et in alio loco in illa villa de Sigoncia nostras casas et orreos, pumares, lagares, terras, felgarius, aquis aquarum, vel in sedicas molinarum, de monte in fonte ubiqui potueritis invenire, quia ad ipsas casas vel ad ipsam hereditatem pertinent. Damus adque concedimus ab omni integritate propter remedium animarum nostrarum et per requiem defunctorum seu parentum nostrorum et vos inde abeatis tolerationem, et nos ante Deum remissionem peccatorum, ut quicquid inde facere volueritis libera in Dei nomine abeatis

potestatem, sed verumtamen ipse illum obtineat qui Deo servierit et in agone Christi certaverit vel in Dei laudibus commemoratus fuerit, abeat ex inde tolerationem et nos ante Deum mercis perveniamus et nullus inde a laicale conversatione reducere presumat nec ab ipsa ecclesia auferre presumat. Si quis presumpserit, anatematizatus et excomunicatus permaneat in inferno damnatus, et pro temporali pena pariet ad pars ipsius ecclesie Sancte Iuliane aliud tantum duplatum, et ad Imperatoris tertie pariet auri libras V.ᵉ et hoc testamentum iuris ecclesie firmis permaneat. Factum testamentum die V feria, VI idus madii, era M. C. L., regnante Rex Adfonsus in Legione et in Castella et Comite Rodericus in Asturias, et ego Guntisalvo Citez et uxor mea in hoc pactum quod fecimus a Deo ad regula Sancta Iuliana voluimus et legenter audivimus et de manus nostras + + roboravimus coram testes Citi Velliti, hic testes sumus et de manus nostras + + roboravimus, Alvar Rodric confirmo, Gundisalvo Petriz + confirmo, Rodericus Citiz + confirmo, Petrus Gomez + confirmo, Guter Gomez + confirmo, Iohannes fecit.

Se dice en esta carta que el día 10 de mayo del año bisiesto 1112 fué jueves. Si computáramos los años bisiestos, como hoy se hace, agregando un día al mes de febrero, resultaría que el día 10 de mayo de 1112 sería viernes en vez de jueves; pero como hemos demostrado que en los siglos medios se agregaba el día de aumento en los bisiestos a otros meses, frecuentemente a fin de diciembre, si así lo hiciéramos, resultaría bien la feria jueves, que señala el documento. (V. la nota A sobre años bisiestos.)

XX

Sin año (1122 a 1157).

[f. 12 vto.] MONASTERIO DE SAN SALVADOR DE LUE, CUDON, ETC.

Sub Christi nomine. Ego Sancia Comitissa facio regula a Deo et ad regula et Sancta Iuliana et ad tibi Martinus abate cum omnibus canonicis qui ibidem sunt morantibus quarta portione in illo monasterio de Sancti Salvatoris de Lue qui meo pater et mea mater donavit a Sancta Iuliana. Ipsum quartum trado et confirmo ad Sancta Iuliana quantum ad mihi pertinet ab omni integritate, et in Cutone mea quarta

ab omni integritate, et in Cutia mea portione, et mea divisa, ab omni integritate, et in Quiratio mea portione et mea divisa, sive in homines quomodo in tota ereditate que ad mihi pertinet in istas villas, in solares et in terras, et in pumares, et in divisas ab omni integritate.

Aunque no lleva fecha esta carta, se puede inferir que es del siglo XII, siendo abad Martín II (1122 a 1157). La infanta o condesa D.ª Sancha que hace la donación, murió en 28 de febrero de 1159.

XXI

Viernes 7 de abril. Sin año (1018 a 1028).

[f. 13] IGLESIA DE SAN FELICES, CERCA DE REINOSA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus vel omni populo christiano Deum timentibus et in regule sancte consistentibus gratia Dei Garseani Comiti qui sum dive memorie quod est parentum meorum Sancioni Comite, et Urracha Comitissa, ideo ego Garseani Comiti pro remedio anime mee et de meis parentibus trado atque concedo post parte de regla Sancta Iuliana vel quorum reliquie sancte qui in hunc locum recondite sunt et a tibi Iohannes abbate et ad clericos tuos qui ibi serviunt et permemoraverint, ideo trado atque concedo ipsa ecclesia Sancti Felicis que est fundata in territorio de Campo iuxta flumine Ibrio ubi, potueritis invenire illo firmiter teneatis post parte regula Sancta Iuliana usque in perpetuum habiturum. Si quis homo qui disrumpere voluerit aut in concilio contemptus et superbus extiterit aut pretiosus invaserit, et veniat super ille ira Dei de celo, et sit ex ea excomunicatus et maledictus et sumesit cum Sodoma et Gomorra et cum Iuda traditore in inferno inferiori dapnatus, et ad Imperator tertie VI libras toto usum campo et testamentum istius regule sit firmis permaneat et obtineat usque in finem seculi. Facta carta die notu feria VI.ª, VII idus aprilis, et Comite Garseani in Castella et in Asturias in hoc pacto quod fieri volui et iussi scribere, et legere audivi et manu mea coram testes + roboravi, Gutierre Gutierrez et Annaia Didaz ibi

presentes fuimus et per testes manus nostras + + roboravimus, Alvaro Veilaz, Gonçalo Munnioz, Munnio Godestioz, Fernando Petriz, Petrus scripsit.

No se expone el año de esta carta; pero puede deducirse de las personas que la autorizan, que son D. García Sánchez Conde (1018-1028), y D. Juan, abad (1017 a 1034).

XXII

Sin año (1128-1157). (?)

[f. 13 vto.] RUILOBA

Sub Christi nomine. Ego Monnio Gostioz non per metum neque per turbatum sensum, sed placuit mihi pro expontanea mea voluntate trado illa mea ereditate que est in Rio de Loba, a Sancta Iuliana et a tibi abbate Martinus et senioribus qui ibidem serviunt pro anima mea, et pro remedio peccatorum meorum cum tale foro aut abeant et vivant in ea filii mei, et nepti et his qui de genere meo fuerint in Sancta Iuliana, et serviant ei unusquisque de quali possibilitate fuerit. El abbas qui fuerit ibi teneat eos cum onore et directo, et dent ei suum censum in anno in anno X, fogaças usque in V, vel quatuor qualis fuerit potencia eorum, et serviendo a Sancta Iuliana filii vel neptis mea ista hereditate non perdant. Et abbas tenendo eos cum onore de jure Sancte Iuliane non auferant. Et ego trado ista ereditate a Sancta Iuliana cum tectis, hereditatibus, pumariis, de monte in fonte quantum mihi pertinet, et si quis inde abstulerit maledictus et condempnatus sit in secula seculorum.

Esta carta es del siglo XII, época en que hubo abades de nombre Martín. Nos inclinamos a creer que es de la época del abad Martín II (1128 a 1157), porque se llama a los que vivían en comunidad con el nombre de seniores, y no monjes.

XXIII

Sin año (1128-1157). (?)

[f. 13 vto.]

EN SAN MARTÍN

In nomine Domini et pii, altissimi, miseratoris, clementissimi videlicet Patris et Filii et Spiritus Sancti qui unus et admirabilis regnat per numquam finienda secula seculorum. Amen. Igitur in Dei nomine ego Domina Iusta una cum consensu mei filii Petro Monnioz, et Iuliana Vermudiz pactum vel testamentum facimus ad Deo et regula Sancte Iuliane, et ad tibi Martinus abba et ad collegio clericorum qui ibidem serviunt diebus ac noctibus, de uno nostro solare qui est in territorio de Quo loco prenominato ad Sancti Martini, et hoc propter remedium anime nostre, et propter spem celestis vite. Damus atque concedimus nostras casas cum orreos cum abtecas, cum curtes, cum lagare cupas et cum omnes adiacentias suas, proprio solare ab omni integritate. Damus illa flosa que est ante casa pumiferata ab omni integritate per terminum de Fel Vellidez, II.º terminu de Filios de Cid Vida, III.º termino de Filios de Rodrigo Monioz, IIII.º termino illa itinera antiqua. Infra ipsos quatuor terminos illa flosa ab omni integritate, et in illa alia flosa qui est subtus casa la medietate, et alia terra in predicto loco en sub ripa la medietate, et ibidem in eodem loco en sub riba alia ereditate pumifera la terra integra et in pumifera la medietate en quatuor ereditates, la V integra. Et in alio loco en Casar de Artemio la media defesa, et en Faça ixera la medietate, et en della parte medietate, en dua terras cum sua pomifera, et medietate in illa de fondos defesa, et enna pruent en defesa, et en pumar quantum ad me Iusta pertinet inter meos germanos. En Valleiu una hereditate pumifera, la tierra integra et in pumifera medietate. Enna Padelega medietate en tres tierras, sobre carrera medietate en una tierra. En E'xerit medietate en duas tierras, et altera ermune, et en Felgario de roça de e'ga el medio. Entre Duesso meatad en tres heredades, et en otro logar, en Barciniellas, una terra pumifera, en Lemedo, en tres pumares, quantum ad me pertinet. Sobre casa en duas terras la medietate, et en el Nuel una

medietate en una terra. Istas terras vel ipsas he'reditates tradimus atque concedimus, ut vos inde abeatis tolerationem et nos ante Deum peccatorum nostrorum seu facinorum ablucionem.

Esta carta, sin fecha, es de la época de la anterior, siglo XII.

XXIV

Sin año.

[f. 14 vto.] EN CAVARCENO

Hec est ereditatem que fuit de Fronilde Gutierrez en Cavarçeno que dedit in Sancta Iuliana, solar de Martin Felliz, et solar de Iuliana Ciprianes qui cadieron por partida a Santa Iuliana.

XXV

Sin año (1017-1034). (?)

[f. 14 vto.] HERENCIA EN UBIARCO, EN LANEZ, EN FAEDA

Sub Christi nomine ego Gunteriqus Filius Montani et mater Verixima. Ego Gunteriqus pactu testamentum fecit ad Deum et ad ecclesia Sancta Iuliana, et ad tibi apate meo Ioannes diem iudicii timendo et penas inferni evadendo, et paradisum introiendum. Et tradidit ego Guntericus ad ipsis locis sanctis mea V.ª in meo ganato vel rem, et in omnia mea ereditate in villa Ubiarco, et in Planes, in Faceta, vel ubique potueritis in montibus, in fontibus, in aquis aquis aquarum, vel in sedicas molinarum invenire ex voce mea.

Por nombrarse en esta carta el abad Juan, creemos que es del siglo XI (1017 a 1034).

XXVI

Viernes 12 de junio (1030-1058).

[f. 14 vto.]

EN CAOBRECES

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus, presbiteros, clero atque omni populo christiano Deum timentibus et in regule sancte consistentibus. Ideo Petro Guntsalbiz una cum fratres meos Assur Reguntsalbiz, et Munio Guntsalbit, pactum testamentum facimus ad Deum et ad regula Sancta Iuliana et ad tibi abbati nostro Petro pro remedio anime de fratre nostro Martino, tradimus vel concedimus illas casas de Ckaoprices cum sua hereditate vel cuncta adiacentia ab omni integritate ut abeatis ipso qui hanc scriptura resona des odie die datum vel confirmatum per huius scedule testamenti post parte de regule Sancte Iuliane et ad tui Petri abba in Dei nomine abeatis potestate, et fratre nostro Martino ante Deum merces perveniat. Amen. Si quis tamen qui hunc factum nostrum disrumpere quesierit qui taliter comiserit in primis descendat super eum ira Dei et rufea celestis et cum Iuda traditore abeat parte in eterna dapnatione et scriptura ista non rumpetur. Facta scriptura ista die VI feria, II idus iunius, era M.ª L.ª VI.ª, Rex Ferdinando ego Petro et Assurre et Munio in hanc testamentum que fieri voluimus ad regula Sancta Iuliana et legenter audivimus manus nostras + + roboravimus coram testes Citi et Iohannes, hic testes sumus manus nostras + + roboramus, Sebastiano scripsit.

Viernes 12 de junio del año 1018, siendo rey Fernando.

Evidentemente está equivocada la era. Los años comunes del reinado de D. Fernando I, que comenzaron por feria V (jueves), cumplieron la condición de ser viernes el día 12 de junio. Tales fueron los años 1030, 1041, 1047, 1058 ..... Asimismo, en los años bisiestos que comenzaron por feria IV, como 1052, se verificó que el 12 de junio fué viernes. En tiempo de D. Fernando I era abad Pedro (primero de este nombre). Al final de la carta vemos «Sebastiano scripsit», y este mismo nombre encontramos en otras cartas de tiempo de D. Fernando I. (V. cartas XLIX, LVI y LXXXVI.)

XXVII

Viernes 12 de junio de 1097.

[f. 15.] IGLESIA DE SAN JUAN, ENTRE VILLAPRESENTE ET BARCENA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis. Ego Guntsalvo Petriz et Guntsalvo Citiz pactum testamentum facimus ad Deum et ad regula Sancta Iuliana, et ad abbati nostro Pedro Sesgustiz, et pro remedio anime nostre tradimus vel concedimus illa ecclesia de Varzena Sancto Iohannes que est inter Villapresente et Varzena cum suo cimiterio et cum sua defesa et cum suos terminos ab omni integritate per terminu pro illo rio maiore, secundum terminu per illa defesa de la vega, tercio termino per illo vallatare, quartu terminu per flumine Saia. Ipsa ecclesia de Sancto Iohannes in Dei nomine habeat Sancta Iuliana per regula ista confirmata usque in secula. Si quis tamen qui hunc factum nostrum disrumpere quesierit, qui taliter comiserit, in primis descendat super eum ira Dei Omnipotentis et insuper pariet ipsa ecclesia duplata vel triplata in simile tale loco cum auri libras VI et ad Imperatoris tertie pariet libras auri VIIII. Facta scriptura die VI feria, II idus junius, era M. C. XXXV, regnante Rex Adfonso in Toleto et in Castella et in Legione, et ego Guntsalvo Petriz, et Guntsalvo Citiz in hac testamentum que fieri volumus ad regula Sancta Iuliana et legenter audivimus manus nostras + + roboravimus coram testes Citi Velliti, hic testes sumus manus nostras + + roboravimus, Sebastiano scripsit, Iohannes de Ubiarco presbiter cantore eglesia, Martino Sebastiano presbiter testis, Iohannes Martiniz testis, Gonzalvus testis, Monaco testis, Michael magistro testis, Iohannes presbiter testis.

XXVIII

Viernes 29 de mayo de 980.

[f. 15 vto.]

HERENCIA DEL ABAD INDULFO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus, presbiteris, diaconibus, clero atque omni populo christiano fidelissimo Deum timentibus et in recule Sancte Iuliane consistentibus. Ego Indulfus abbati licet indignus, et presbiteri qui sum filius Patris mei Uranii et Matris mea Flamula tradictione vel testamentum facio Deo et ecclesie Sancta Iuliana, cuius corpus tumulatum est in villa Planes, et scriptura in nomine Sancte Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti, quod corde credimus, ore proferimus, Patrem ingenitum, Filium genitum, Spiritum Sanctum ab utroque procedente. Filium solum carnem de Virgine suscepisse et in mundo pro salute omnium in se credentium venisset, de Patre et Spiritu Sancto numquam recensise, quia ipse dixit. Ego et Pater unus sumus, et qui me abet, habet et Patrem. Et qui me videt, videt et Patrem. Item dixit: celum mihi sedis est, et terra scabellum pedum meorum, in celo angeli totam Trinitatem adorant, et in terra hominibus predicant. Ite, vendite omnia que possidetis et date pauperibus, et venite sequimini me. Et iterum, si quis vult post me venire abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. His auditis pro remedio anime mee per huius scriptura trado ego Indulfus abbati huic ecclesie Sancte Iuliane Virginis, et trado et contesto omnia mea ganato id est II.os caballos cum frenos et sellas et VI bobes cum iugos el sogas et VII vacas, et meo lectu cum sua lectuaria complito, et oves et capras et porcos, et mea ereditate que abeo de parentorum meorum, id est terras et pumares in territorium in villa Planes, idest unum pumare iusta ecclesia Sancta Iuliana et inter terminos de Sancta Iuliana cum suo terre fundus ex integrum et alia terra et pumifera iusta terminos de Rebelio et de Mernella et de Sancta Iuliana, et alia terra in valle cum pumifera ubi dicent Pumare maiore inter terminos de Sancta Iuliana et de Mato et de Vandilo, et alium pumare ad illas roças inter

termimos de Frissela et de Johannes et de Sancta Iuliana et de Matierno, et alia a Linares per terminum de Sancta Iuliana et de Frissela usque in itinera ex integra. Et alia terra ad fonte in spina per terminu de Sancta Iuliana, et de Revelio et de Orvana usque in illo fixo petriço ipsas terras et pumares qui super resonant ab omni integritate. Et escala argentea, et inter lienços et sayales XII, et una pelle et VIIII panares de cera. Isto que iam superius comprehensum est sit tradidit vel concenssit ego Indulfus abati ad ecclesia Sancta Iuliana propter remedio anime mee sic traditum vel concessum usque in finem seculi, ut non germani, neque sobrini neque aliquis homine, qui ex inde a legale vel aliqua parte reducere presumat nisi vero illi obtineat hanc rem qui ibidem ad ipsa ecclesia Sancta Iuliana cultor steterit. Si quis tamen quod fieri minime credo et..... homine de parente mea vel de alia parte inrumpere voluerit aut illo de iure ipse ecclesie eicere quesierit in primis ad sancta comunione extraneus fiat et cum Iuda traditore in inferno dapnatus, et insuper inferat ad ipsa ecclesia Sancta Iuliana auri libras III, et hec testamentum iuri ecclesie firmis permaneat. Factus testamentus vel scriptura ista die VI.ª feria, IIII kalendas iunias, era M. XVIII, Rex Ranemiro in Legione, et Comite Garsea Fredenandiz in Castella, et Indulfus abbati in hanc testamento tradictionis que fieri volui et coran legenter audivi manu mea + roboravi coram Colegio Sancta Iuliana et coram testes Munio Rodrici, Felix presbiter, Vermudo Rodrici. Beliti et Meildizi in nostras presentias + + roboravimus, Martino Adriano presbiteros hic testes sumus et manus nostras + + roboravimus, Cissilani et scripsit.

El día 29 de mayo del año 980 (bisiesto), según esta carta, fué viernes. Aquí (como hemos dicho también en la carta XIX), computando como hoy los años bisiestos, resultaría la feria VII (sábado), en vez de VI (viernes); pero agregando el día de aumento después del 29 de mayo (o al final del año), resulta bien la feria del documento.

XXIX

Viernes 29 de mayo de 980.

[f. 16 vto.]

OBEDIENCIA DE LOS MONJES AL ABAD ELECTO

Ecce nos omnes fratribus et monacis congrecatibus in unum a baselica Sancta Iuliana locum que dicitur Planes, tam fratribus quam monaci, qui subtus notari vel signa facturi sumus, pactu facimus Deo et ecclesia Sancta Iuliana et tibi domino et abbati nostro Indulfo, sicut nos docet doctrina patris prophetarum, apostolorum et evangelistarum. Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum et ita dicente propheta David, imposuisti homines super capita nostra. Et per Yheremia, bonum est viro cum portaverit iugum...

Falta una hoja en el original.

..... Et cum apostolis non quod vobis utile videtur, sed quod ab aliis imperatur acceperitis, ut salvi sitis. Et Dominus, si vis venire ad vitam, serva mandatum, et unusquisque abneget semetipsum, tollat crucem suam et sequatur me. Et arta via est que ducit ad vita, id est alterius imperaverit ambulare. Ecce et nos in quantum Deus adiutor fuerit promitimus tibi supradictum abbati nostro Indulfu ut sub imperio tuo atque mandato, dicione, sive obedientia concurramus, et omnia nostra quod visus sumus abere vel possidere, id est terras, vineas, pomares, basselicas, libros, edificia, cum omnibus aditibus suis, vestimenta, rebus omnibus, bobile inmovible a minimum usque ad maiorem, vel quidquid ex voce nostra hac sancte regule vindicare potuerint omnia tibi et huic sancte regule perpetum concedimus abiturum in honore Sancte Iuliane Virginis. Ut quidquid ex inde facere vel iudicare tam per animis quam pro corporibus sit tibi huic regule concessam potestas a nobis, sive et post tuum dices, sum illis qui huic regule sancte vice tua quisquis pater accesserit. Et tu quicquid dab odierno die nobis imperaveris atque mandaveris per

Deum et tua sancta oratione, Deo iuvante omnia compromitimus adimplere. Tu vero paterno moderamine super nos vigiles quamtum valueris et per animas nostras curam ieras et exortes, admoneas atque increpes et ementes. Si quis, quod Deus non paciatur, ausus temerario aliquis et nobis contra tuum mandatum contumax aut inobediens extiterit, tunc abeas potestatem in nobis emendationem facere aut per flagella aut per casticationem, vel excomunicationem usque a Domino accipiamus, et tu pater subierimus non superflue, non malitiose nos insequaris, ut unum diligas alium..... fratrem alium non frater solum qui tibi sua obedientia absque fecerit et sit quod absit quod Deus non permittat, nos omnes qui hunc pactum fecimus retrorsum ex nobis aliquis, ex nobis abire voluerit, id est fugire ab altero monasterio, vel ad pacto isto absiedere et in alia parte transferre presumserit, tunc abeas potestate eum persequi et conprehendi per episcopum aut per comite au per te ipsum aut per quacumque collatione et huic monasterio vel pacto relicari ubi Deo votum fecimus in servitio Dei, et in tua obedientia ut nullus ex nobis pereat de manu Domini, de omne omnino vero quo huic loco vel huic regule que fecimus nichil ex inde aliquis ex nobis fugiens vindicare presumat, sed omnia integra et intemerata hic ibidem permansura consistat amodo et usque in secula seculorum. Si quis vero contra hunc facto nostro adisrumpendum venire temptaverit de propinquis vel extraneis venerimus, in primis descendat super eum ira Dei Omnipotentis, et cum Iuda traditore consortium abeat, et ad corpus et sanguinis Domini nostri Ihesu Christi extraneus permaneat. Et insuper inferat post parte ipsius ecclesie Sancte Iuliane Virginis auri libras V.ᵉ perpetim abiturus. Facta confirmata vel tradita in scriptura pacti istius die VI.ª feria, IIII.º kalendas iunias, era M. XVIII, sub Rege Ranemiro, Comite Garcia Fredenandez in Castella, ego Tresmadus frater in hoc pactu manu mea + roboravi, ego Beila Nunez converso in hoc pactu manu mea + roboravi, Felix in hoc pacto a me facto manu mea + roboravi, Montanus in hoc pacto a me facto manu mea + roboravi, Onnas in hoc pacto manu mea + roboravi, Revelio in hoc pacto manu mea + roboravi, Quintilianus in hoc pacto manu + mea roboravi..... in hoc pactu manu mea + roboravi, Frona in hoc pactu manu mea + roboravi, Suarius in hoc pactu manu mea + roboravi, Ennego in hoc pactu manu mea +

roboravi, Zonius in hoc pactu manu mea + roboravi, Terentius in hoc pactu manu mea + roboravi, Petrus in hoc pactu manu mea + roborabi, Terentius in hoc pactu manu mea + roboravi, Audas in hoc pactu manu mea + roboravi, Martinus in hoc pactum manu mea + roboravi, Adeca in hoc pactu manu mea + roboravi, Froisclis in hoc pactu manu mea + roboravi, Ermeildus in hoc pactum manu mea + roboravi, Zezinus in hoc pactum manu mea + roboravi, Vitalianus in hoc pactu manu mea + roboravi, Paternus in hoc pactu manu mea + roboravi, Felix presbiter in hoc pactu manu mea + roborabi, Montanus frater in hoc pactu manu mea + roboravi, Onnas frater in hoc pactu manu mea + roboravi, Quintilianus in hoc pactu manu mea + roboravi, Rebelio frater in hoc pactu manu mea + roboravi, Zonius frater in hoc pactu manu mea + roboravi, Terentius frater in hoc pactu manu mea + roboravi, Adeca frater in hoc pactu manu mea + roboravi, Suarius presbiter in hoc pacto manu mea + roboravi, Enneco presbiter + roboravi, Iomendinus presbiter manu mea + roboravi, Terentius frater manu mea + roboravi, Natales presbiter manu mea + roboravi, Nunu frater manu mea + roboravi, Tesmutu frater manum meam + roboravi, Moniu frater manum meam + roboravi, Flaino presbiter manu mea + roboravi, Monisso frater manu mea + roboravi, Pugelus frater manu mea + roboravi, Petrus presbiter manu mea + roboravi, Martinus presbiter manu mea + roboravi, Aurelius frater manu mea + roboravi, Petrus presbiter manu mea + roboravi, Stephanus presbiter manu mea + roboravi, Alvaro Seuiriz manu mea + roboravi, Alvaro filius presbiter manu mea + roboravi, Onnas Zeziniz manu mea + roboravi.

En esta carta se vuelve a repetir que el 29 de mayo del año 980 (bisiesto) fué viernes, lo cual prueba, por repetición en dos cartas seguidas, que así debió de ser, por computarse los años bisiestos como hemos dicho en la nota A.

XXX

Sin año.

[f. 18. vto.]

BARGAS

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, licet indignus, ego Felix cognomento Citi Vermundiz, timore compunctus Deum timendo et penas inferni evadendo, trado me corpus meum et animam meam vel cuncta rem qui visus sum abere vel de odie ganare potuero trado eo a tibi apate vel patrono meo Petro et ad regula Sancta Iuliana, cuius corpus tumulatum est in villa Planes, trado corpus meum et animam meam per pacti testamenti cuncta quem mi continet terras, pumares, casas, orrios, cellarios, cupas, curtes, bobes, vacas, cabras, obes, porcos, lectaria, vestimenta, tam mobile quam et inmobile, in montibus in fontibus, in exitus, in regressos, in aquaductilis, in molinis, in piscarias usque minima gallina aut granus sinapis tam meo quam que mihi pertinet de parentes meos in villa quam dicunt Bargas, vel ubi mihi hereditas continet ex integro trado eo ad tibi Pedro apate vel patrono meo vel deindeps inde habeat apates et fratres de Sancta Iuliana victum et vestimentum et anima mea remissionem peccatis. Amen. Si quis sane aliquis homo superbus contra hunc pactum tradictionis adisrumpendum venit hanc pars mea vel quislibet homo qui hunc factum nostrum vel directum meum disrumpere conatus fuerit, qui talia rex *(acaso* res) comiserit, alacriter descendat super eum ira Dei celestis et in finem non accipiat comunionem sed cum Iuda traditore igneis cathenis ligatus in perpetuo existat et permaneat cruciatus et neque corpus eius recipiat terra et anima eius exuta efficiatur de vita eterna, et propter dapna secularia duas libras aurias fisco exolvat, et ad tibi Petri apati et ad regula Sancta Iuliana quantum super in hoc pacto resonat duplatu vel triplatum, et insuper auri libras duas, et hanc scriptura firmis fiat. Facta tradictione pactum vel testamentum qui facere voluit et legenter audivit manu mea roboravit coram testes, Albaro et Iohannes testes sumus et manus nostras + + roboravimus, Migael presbiter et Iohannes Bellitiç et Anaya presbiter et Petrus presbiter in nostras presencias + + roboravimus, Ballerius scripsit.

XXXI

Sábado 28 de julio de 1022.

[f. 19.] EN PUENTE

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, licet indignus, timore compunctum nos quidem Trissilia et uxor mea Maria et ego Londino et uxor mea Quisflavara pactum vel testamentum tradictionis facimus Deo e't regule Sancte Iuliane Virginis et ad tibi abate nostro Iohannes diem iuditii timendo et portas inferni evadendo et paradisi introiendo, tradimus nos metipsos corpus nostros et animas nostras ad ipsa regula Sancta Iuliana et ad tibi abati nostro Iohannes, e't tradimus ibidem et contestamus ad ipsis locis medietate in nostra hereditate. Sive terras quomodo et pumares et in silbas vel defesas, vel in tota genera arborum tradimus et contestamus medietate in quantum nobis pertinet abere in villa Ponte per terminum de illo rio et per illa itinera antiqua, et per terminum de filios de Flayno, et de Ciezo vel de suos heredes, et per termino de neptis de Revelio et usque in illa Cova inter ipsos terminos medietate sive in terra quomodo in pomifera, et illa alia medietate in alia sernas et pomiferas integras abeatis vos de ipsa hereditatem tolerationem vel confirmationem et nos de peccatis nostris remissionem. Et hunc factum nostrum testamentum traditum firmissimum et instabile perheniter habiturum. Si quis tamen hunc factum nostrum aliquem hominem ad inrumpendum venerit nos metipsos aut ex progenia nostra aut regiam..... qui hunc factum nostrum inrumpere voluerit, in primis ira Dei descendat super eum et rufea celestis, et excomunicatus permaneat ad fidei Christi et cum Iuda traditore abeat portionem in eterna dapnatione et pro temporali pena pariet ipse homine diabolicus qui talia comiserit, post parte ipsius regule sancte auri libras V.^e et testamentum istum tradictionis stabilem abeat firmitatem, et post parte Imperatoris tertie alias auri libras Ve Factum testamentu istum, die sabbato, V.^o kalendas augustas, era M. LX, regnante Rex Adfonso in Legione, et Comite Garsea in Castella et in Asturias, et eo

Trissila et uxor mea Maria et Londino et uxor mea Quisflavara in hac testamentum istum que fecimus et legiente audivimus et manus nostras + + roboravimus, Montano et Alvaro hic testes sumus et manus nostras + + roboravimus, ego Feles Obequez et Petru E'rmegildus et Petro Revelliz et Vicenti Trissillaz et Godestio et Vellita in nostras presentias + + roboravimus, Iohannes scripsit.

XXXII

Martes 21 de agosto de 1022.

[f. 19 vto.]

AVIOS

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, licet indignus, timore compunctus. Ego Petrus Escupariz pactum vel testamentum tradictionis facio Deo et ad regula Sancta Iuliana Virginis, et ad tibi abbate meo Iohannes diem iuditii timendo et portas inferni evadendo et paradisi introiendo trado atque concedo propter remedio anime mee ad ipsa regula Sancta Iuliana et ad tibi abbati meo Iohannes pumare cum suo terre fundo qui est in a dicto de Vi..... ipso pomare qui est per terminum..... et alio termino de neptos de Adefonso et duabus terminos de filios de Savarico et de V° termino de filias de Ermigia. Infra ipsos terminos medietate sive in terra quomodo in pomares ut abeas tu Iohannes abbate et fratres de ipsa regula Sancta Iuliana de ipso pomare tollerationem et ego Petro de peccatis meis remisionem et hoc testamentum ad me factum plenam abeatis firmitatem usque in finem seculi. Si quis tamen contra hunc factum meum ego Petrus aut aliquis ex progenie mea aut regia, vel potestas aut quislibet homo qui hunc meum factum isrumpere voluerit, in primis ira Dei Omnipotentis descendat super eum et rufea celestis et excomunicatus permaneat ad fide Christi et cum Iuda traditore abeat portionem in eterna dapnatione, et pro temporali pena pariet ipse homo qui talia comissit post ipsius regule Sancte Iuliane ipsum pumare duplatum vel triplatum, et ad partem Imperatoris tertie parie auri libras III et testamentum istum tradictionis stabilem habeant firmitatem. Factum testamentum istum, die III.ª feria, XII kalendas

septembris, era M. L. X.ª, regnante Rex Adefonso in Legione, et Comite Garcia in Castella et in Asturias, et Petrus Escupariz in hunc testamentum que fieri volui relegentem audivi manu mea + roboravi, Iuliano et Stephano hic testes sumus manus nostras + + roboravimus, Iohannes scripsit.

XXXIIII

Lunes 8 de abril de 1056. (?)

[f. 20.]

EN POLANCO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, presbiteris et diaconibus, clero atque omni populo christiano fidelissimo Deum timentibus et in regula sancta consistentibus. Ego Pelagio Roderici pactu vel testamentu fatio..... regulam Sancte Iuliane et tibi abbati meo Petro diem indicii timendo et penas inferni evadendo et paradisi introiendo trado ego Pelagio Roderici ad ipsa regula Sancta Iuliana mea divisa et mea hereditate, quem habeo de patre meo Roderico in villa Palanco, in terras in pomares in vineas, in caricas vel in cuncta genere arborum medietate. In illa serna cum sua pomifera usque in illo rio, et in illa clausa cum suos solares cum suas cesuras vel genera arborum cum la VI.ª ratione que mihi Pelagio pertinet inter meos heredes et ubique mihi hereditas pertinet vel potueritis invenire ab omni integritate, sic in vita mea quomodo post vero obitum de mihi Pelagio ut habeatis ipso qui hac scriptura resonat de hodie die datum vel confirmatum per huius scedule testamenti post parte de regule Sancte Iuliane et de tibi Petro abba in Dei nomine abeatis potestatem. Et ego Roderico ante Deum merces perveniat. Si quis tamen hunc factum meum disrumpere quesierit in primis descendat super eum ira Dei, et excomunicatus permaneat ad sacramenta Dei, et cum Iuda traditore habeat parte in eterna dapnatione, et pro temporali pena pariet ipse homine diabolicus, qui, hunc factum meum disrumpere quesierit, primis pariet post parte regule Sancte Iuliane quantum ausus fuerit conatus inrumpere duplatum vel triplatum, et auri libras II, et post parte Imperatoris tertie

pariet auri libras IIII.^{or} et post inde scriptura ista die notu II.^{a} feria, VI idus aprilis, era M. XIII, Rex Ferdinando in cunctis provintie sue, ego Pelagio in hunc pactum vel testamentum que feci tibi Petro abbati et ad regula Sancte Iuliane volui et legenter audivi manu mea + roboravi coram testes Munnio Fanniz et Annaya Citiz. Hic testes sumus manus nostras + + roboravimus, Sebastiano scripsit.

Según esta carta, era abad de Santillana Pedro, y reinaba D. Fernando.

El año que está escrito tiene grande error. Creemos que la carta debe ser de alguno de los años del reinado de D. Fernando I que comenzase por feria III, para que el día 8 de abril resulte lunes. El año 1056 (bisiesto) comenzó por lunes, y el 8 de abril fué lunes, computando los bisiestos, como lo hacemos hoy.

Termina la carta con «Sebastiano scripsit», que subscribe otras cartas de tiempo de D. Fernando I.

XXXIV

Jueves 5 de mayo de 987.

[f. 21.]

EN GOLBARDO E EN CARANCEJA ET EN FUENTECHA.—IGLESIAS UNIDAS

Sub Christi nomine ego Garcia Fredenandiz Comes, et Donna Aba Cometissa comitis Imperatoris in Domino Deo et eterna salutem. Amen. Ideo placuit nobis et accessit voluntas ut pro remedio animarum nostrarum tradimus atque concedimus ad ecclesia Sancta Iuliana, cuius corpus tumulatum est in villa Planes et Sancto Vincentio et Sancti Iohannis Apostolo et Sancto Petro Apostolo, corum reliquie recondite sunt in hunc locum, tradimus atque concedimus ecclesia Sancti Andree Apostoli, qui est in locum Caranzelia in termino de Perieto per suos terminos per illa penna Fotdrici, et per illa Petrafita, et illu ribo Campo, et per illa peniella et per fogium Cafini, usque in pelago Larbario, et tradimus alia eglesia Sancti Stephani in Carancelia, et tradimus alia ecclesia Sancti Cipriani. In territorium de Campo Pau in fonte tecta cum suas hereditates et suas serras et suas iacentias, tradimus atque concedimus ipsas ecclesias cum suas hereditates, pomares, vineas, silbas defesas, et montes in fontes, aqueductis aquarum, casas et cereos, cupas, lacares, libros, vasa vel vestimenta ecclesie, molinos cum aquis ductiles suos in flumine Salia,

bobes et vacas, peccora promiscua, lectos, lictuaria, basilia, rem mobilem et inmobile, exitus vel regressus tam cultum quam etiam et discultum usque ad minima gallina, et omnia superius comprehensa sic tradimus vel contestamus ad ipsa ecclesia Sancta Iuliana..... fratres et presbiteros peregrinos, pupillos, advena..... propincus aut extraneus abeant ex inde adiutorium tolerationes et nobis aute Dominum nostrum Ihesum Christum mercis perveniat et tradimus et contestamus illa coba que est in ripa de Salia flumine, ubi dicen Golbardo, qui est in terminum vel territorio de Caranzelia ex integra, et tradimus et concedimus III poçales de moyra vel sal in illo puteo de Salinas de Varniello cada sabbato omni totum que tempus usque in finem seculi, III poçales plenos de moria sic tradimus et concedimus ego Garcia Fernandez comes et Donna Aba cometissa quantumque superius comprehensium est ad ipsa ecclesia Sancta Iuliana vel adiutores ipsius ecclesie propter remedio animas nostras ab omni integritate perpetum abiturum, quia audivimus in evangelio dicentem : venite ad me omnes qui laboratis et honerati estis et invenietis requiem animabus vestris et nos quidem ad hac vocem audiens eorum concurrimus et hec omnia contestamus ad ipsa ecclesia Sancta Iuliana ut quando venerimus ante tribunal Domini nostri Ihesu Christi eficiamus sicut in evangelio dicit: venite benedicti Patris mei percipite regnum quod preparastis ante faciem Dei, et iterum: da Domine, quia dedimus miserere et misericordias fecimus quod sisti (?) et tu redde nobis quod promisisti Emanuel noster nobiscum Deus et nos quidem tradimus et omnia iam supra nominatum ad ipsa ecclesia Sancta Iuliana per suos terminos ab omni integritate. Ita ut ex hodierno die vel tempore abeatis ipsas ecclesias cum suas abiacentias et ipsa coba que Comite Ferdinando Gundesalviz dedit a Sancta Iuliana et nos confirmamus et in poçales de moria que nos concedimus de nostro iure data in iure de ecclesie Sancta Iuliana, et de Indolfo abba vel fratribus ipsa ecclesia Sancta Iuliana sic traditum et consignatum et nullus ex inde..... presumat, et ex coniuratione..... omnia que sunt sancta, quia contra ac testamentum numquam erimus venturi ad inrumpendum, nec nos potestas nostra, si quis presumpserit venire, videant qualiter pena multatum est in die iuditii et pro temporali pena a pars ipsius ecclesia Sancta Iuliana inferat ad cultores, qui ibidem conmemorantes fue-

rint, alium tantum duplatum vel triplatum qui ipsa ecclesia ausus fuerit conatus inrumpere, parie ad Comite civitatis et ad ipsa ecclesia Sancta Iuliana D. C. L. solidus et hoc testamentum iuris ecclesia Sancte Iuliane firmis permaneat usque in finem seculi. Facta scriptura testamentum seu tradictionis die V.ª feria, III nonas maias, era M.ª XX.ª V.ª, regnante Domino nostro Ihesu Christo, et imperante Comite García Fernandez in Castella. Ego García Fernandiz Comes, et Dopna Aba Cometissa in hunc tradictione testamenti que fecimus et legenter audivimus manus nostras + + roboravimus coram multi testis, Bermudo Rodric hic testis manu mea + roboravi, Rodanio Romaiz hic testis manu mea + roboravi, Didaco Asuriz hic testis manu mea + roboravi, Domna Fronildi confirmo factum comitis manu mea + roboravi, Domna Otrocia confirmo manu mea + roboravi, Osoyro Ermegidiz confirmo manu mea + roboravi, Albaro Albariz confirmo manu mea + roboravi, Fredenando Armentariz confirmo factu comitis manu mea + roboravi, Teillu Rodriz confirmo manu mea + roboravi, Froilla Assuriz factum comitis confirmo manu mea + roboravi, Munio Didaz confirmo manu mea + roboravi, Teilllu Veilaz confirmo manu mea + roboravi, Gomiz Gotiniz confirmo manu mea + roboravi, Cissiliani notuiz.

Esta carta fué publicada por el P. Sota *(Crónica de los Príncipes,* V., página 638).

XXXV

Miércoles 15 de agosto de 1022.

[f. 22 vto.] RESTITUCIÓN DE HACIENDA

In presentia id est Roderico Munni..... Citi Petriz Annaya Savariquiz, Anaya..... un in Concilio Camesa Castro. Ego Munio Leceniz una cum uxor mea Gotiniz scriptura precaria vel captione facimus vel roboramus a tibi Iohannes abbate, vel ad ecclesia Sancta Iuliana de illa terra iam icta que est in villa Peirieto agro que dicitur Emila, iuxta terminum de duobus terminis de Sancti Romani, et terminu de Godestio, et fige se in terminu de filios de Imila, et alium terminum

de filios de Baleiro et usque in terminum de Citi et de duos terminos de Sancta Iuliana, et ex alia parte revertit ipsa terra in duobus terminos de Godigeva. Intra ipsos terminos iam dictos absolvimus eo Munio et Gotina ipsa terra integra ad tibi Iohannes abbate ad ecclesia Sancta Iuliana, sicut in scriptura vel testamentum nostrum resona, et cognovimus nos Munio et Gotina in veritate quomodo abuit Umeiro ipsa terra comparata de Flaceia et de suos filios, et post hec vendivit Umeiro ipsa terra ad Azanno, et ipsa Azanno tradidit ea ad ecclesia Sancta Iuliana et ad abbate Sonna simul cum alias suas terras secundum in scriptura resona, et iurificaverunt ipsi abbate, qui iam fuerunt et ecclesia Sancta Iuliana ipsa terra cum sua pomifera per annos L, usque pervenit abbate Endulfo ipsa terra iam dominata in iure eius et iurificavit Indulfo abba ipsa terra annos XII, et post edidit Indulfo abba ipsa terra ad Peipi pater de Gotina et socer de mihi Monnio in prestamo cum definitio, neque qualiter die quisiesse Indulfo abba aut iugarios in voce ecclesie Sancte Iuliane ipsa terra aut Peipi aut suos filios in cuius iure invenissent ipsa terra abbas de ecclesia Sancta Iuliana, qui missi essent ipsa terra in iure ejus absque iudicio vel rem et ipsa difinitione sic obtinuit Peipi ipsa terra et post obitu suo ipsa terra reliquit ad suis filiis qui misi essent in iure abbatis ad..... ecclesie Sancta Iuliana de cuius iure au..... quidem Peipi reliquit ipsa terra ad nos quomodo illi obtinuitea cum ipso verbo de prestamo, et tenente ipsa terra eo Monnio et Gotina de dato ecclesie Sancta Iuliana per prestamum, que sic obtinuit Peipi ipso terra et nos ei sapiente que per gratu et prestitus fuit sic ad Peipi quomodo ad nos et venit iugario in voce de ipsa iam dicta ecclesia Sancta Iuliana nomini eius abbas ad inquirendum vel ad sapiendum per ipsa terra, si voluimus ea dare, et eo Monnio et Gotina una cum eredibus nostris fecimus retemus super ea animis nostris violenter per audatia et eieci inde vel et ista carta in concilio ante et eccice *(forte ecclesie)* uita ipsa terra, que rovoro Goto filia Rodani Comiti, falsa carta et isrita et super ipsa carta devenimus da placitum inde firmamentu ad amborum utrisque partes ad melioribus et in constituto die IIII.ª feria, XVIII kalendas setembris, era M. LX, sic venit iste Iohannes abbas cum veridicos de hunc territorio qui veritante dixerunt, ista iscriptura edit falsa, que odie Monnio presentat in concilio pro ipsa terra, unde intencio erit quia nos erimus

sapientes ipsa terra in iure ad Azanno, et post hec tradidit ea ad ecclesia Sancta Iuliana et ipsi abbas dederunt ea ad Peipi prestitum et eo Monnio et Gotina non abuit tales veridicos in concilio quia non (1).......... ....

XXXVI

Jueves 1.º de mayo de 983.

[f. 23.] IGLESIA DE SANTA MARÍA DE RENEDO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus, presbiteris, diaconibus, clero atque omni populo christiano fidelissimo Deum timentibus et in regule sancte consistentibus, ideo ego Donna Fronildi in Domino Deo eterna salute. Amen. Ideo placuit mihi et accensi voluntas, ut pro remedio anime mee trado adque concedo ecclesia Sancte Maria de Ranedo que est in valle Pelacus cum omnibus actibus suis ad ecclesia Sancta Iuliana, cuius corpus tumulatum est in locum que dicitur Planes et tibi abbati meo Indulfo et senioribus que ibidem serviunt cum suo solare sive caseas, orreos, lacares, cupas, libros, terras, pumares, pelacus, molendinarias, fontes, aquis aquarum cum aquis ductiles suos in flumine pars *(acaso* Pas), exitus vel regresitus, tam cultum quam etiam discultum, sive ubique potueritis invenire habeatis por iure ecclesia Sancta Iuliana ac defendatis, et quidquid ex inde facere volueritis libera in Dei nomine servierit et in agone Christi certaverit vel in Dei liberius commemoratus fuerit habeat ex inde toleratione et mi Donna Fronildi ante Deum mercibus perveniat. Et nullus inde a laygale conversatione reducere presuma nec ab ipsa ecclesia oferre presuma. Si quis presumserit, anatematizatus et excomunicatus permaneat, et cum Iuda traditore in inferno dapnatus, et pro temporali pena pariet ad ipsius ecclesie Sancte Iuliane aliu tantum duplatum vel triplicatum quantum ab ipsa ecclesia ausus fuerit quod natus inrumpere et

(1) Esta escritura queda así incompleta.

auri libras III, et a comite civitatis pariet alias libras VI, et hoc testamento iuris ecclesie firmis permaneat. Facta sedula testamenti die V feria, kalendas maias, era M. XXI, imperante Comite nostro Garcia Fernandiz in Castella. Eo Donna Fronildi in hoc testamento de meo factum que relegente audivit manu mea + roborovi coram testibus, Belliti hic testes manu mea + roboravi, Ermeildo hic testis + Quirigus hic testis +.

El año 983 comenzó en feria II (lunes); el día 1.º de mayo no fué feria V (jueves); fué feria III (martes).

XXXVII

Sábado 10 de diciembre de 998.

[f. 23 vto.]

COMPRA DE HACIENDA

Sum Christi in nomine ego Donna Sancia placuit mihi ut vindivi a tibi Indulfo abbate et ad regula Sancta Iuliana mea ereditatem terras et pumares in villa Fenolieto sibi in aliis locis vindiu ego Donna Sancia a tibi Indulfo abbate et ad regula sancta illa serna ubi illas casas de Didaco Albariz et de abua mea Donna Sendina fuerunt in Fenolieto cum sua pomifera vel mançanares per terminu de Domina Otrocia et per illos cerazios et per illos mançanares et per illa sepe usque in ribo de Sala, et per terminu de Sancti Martini et per illu vallatu, et per illa itinera que discurre per villa Fenolieto et per illos glandiferos et per terminu Servandi, et per illu cotellu et per illos castaniares usque in via antiqua et per terminu de Donnu, et per illa itinera cerca sernas de Sancti Martini cum suos mançanares et glandiferos vel omni pomifera ab omni integritate, et in illa serna ad Repollo iusta terminum de Sancti Martini et per terminum de Braolio usque in Iuncaria medietate, et in alia terra so castello iuxta termino de Sancti Martini, et per termino de Donna Otrocia usque in illo limite ab omni integritate, et alia serna so castello iusta terminu Braolionis, vel suis neptis, et per illa limite et per terminu de Donna Otrocia, et per illu fogio tras Castro et per terminu neptis Braolionis ab omni integritate, et alia terra in so castello per terminu neptis

Braolionis et per terminu de Sancti Martini, et item terminu de Sancti Martini ipsa serna que dicent longare ex integra, et alia terra in so castello in illo valle per duobus partibus de Sancti Martini usque in terminu de Donna Otrocia ex integra et alia terra in so castello iusta termino de Sancti Martini et terminu de Donna Otrocia ex integra et alias terras illas façolas in costa de castello per terminis de Sancti Satornini in costa usque in penna ex integras, et alia terra in Rianlio per illos cerazios, et per illum arrogio et per terminu de Donna Otrocia ex integra et alia terra ibidem in Rianlio ante illo molino per terminu de Froila vel de suis neptis per illos fixos Petrizos et per terminu de Donna Otrocia ex integra, et alia terra serna, que est in Bareta de terminu de Sancti Martini, et iusta terminu de Sancti Salvatoris et per flumine Salia et Besagra *(pro Besagia)* et usque in penna medietate, et alia terra ibidem in Bareta de termino de filios de Monnio Rodrizi et per terminu de Sancti Martini et per flumine Salia et Besagia usque in silva ex integra, et alia in terra in Covilias per terminu de Braolionis et per termino de Donna Otrocia et per terminu de Sancti Martini usque in mare ex integra, et ibidem in Covilias sernas darenas de mare usque in Salicedo et per terminu de Ariaas et per terminu de Sancti Martini ex integra in Perulieto et in Rieto et in Suances quantumque Didaco Aluarit et abua mea Donna Sendina iurificaverit inter de ipsas casas de Fenolieto vindo a vobis ab omni integritate. Et in Miliares, terras et maçanares, vel omni pomifera, qui iurificaverit Didaco Alvares et abua mea Donna Sendina, vindo a vobis ab omni integritate, et in Barcina vindo vobis illa serna que est iusta terminu de Iohannes et de Valiro, et per illum ballatum et per terminu filios Floregii, et per terminu Sancti Iohannis et per flumine Salia ipsa serna et illa hereditate de Romano, sic vindivit eo Donna Sancia a vobis Indulfu abbate et ad regula Sancta Iuliana ipsa ereditate, qui iam superius comprensus est ab omni integritate. Et accepit Donna Sancia de vobis Indulfu abbate de regula Sancta Iuliana, id-est pretio duos bobes uni nigro et alium rubio, et tapete et baso argenteo, et pelle connelina et arritacaçavi in sub uno pretio valente XV, solidos pretio que a me Donna Sancia bene complacuit, et adfirmavimus inter nos seucio vel necotio isto per ipsas terras et mançanares et glandiferos vel arbusta usque in finem seculi et sic homine ego Donna Sança aut filiis meis, aut ali-

quis homine de subrogata mea persona et Indulfu abbate vel a fratribus de regula Sancta Iuliana pro ipsa ereditate, terras et pumares et lantiferos vel quanta ipsas terras continet sive in Fenulieto sive in Perulieto, sive in Bareta sive in Rieto, sive in Suances, sive in Miliares sive in Barcena, sive en Vespieres, villa que vocitant, quantumque Didaco Alvariz et abia mea Donna Sendina iurificaverunt que vobis vendivit, qui in mea divisa de me Sança evenit aliquis homine per inde vobis Indulfo abbate vel a fratribus regule Sancta Iuliana per inde in iuditio petire voluerit, aut contemptio fecerit per quantu qui ista scriptura resonat, et ego Donna Sança aut filiis meis, si non octorigaremos vel vendicaremus quantum in ista scriptura resonat terras et pumares, et glandiferos vel tota arbusta que ad ipsas terras continent post parti de tibi Indulfo abbate de regula Sancta Iuliana et de ipsius regule Sancta Iuliana vel de fratribus suis non octorigarimus et vindicaremus quomodo pariet et Donna Sancia vel filiis meis a tibi Indulfu vel a fratribus de regula Sancta Iuliana ipsas terras et pumares vel quantum in ista scriptura resonat duplatu vel meliorato in ipsis locis, et desuper pariet ad regulam Sancta Iuliana auri libras V.e et post parte Comitis pariet alias libras V.e et post hec in scriptura ista carta benditionis et comparationis firmis obtineat emtio et robor. Facta iscriptura carta ista die sabbato, IIII idus decembris, era M. XXXVI, Rex Vermundo in Legione et Comite Sancio Garsianis in Castella. Ego Donna Sança qui carta ista benedictionis de quantu qui super resonat que fieri voluit et legenter audivit manu mea hunc + roboravi coram testes tradidi ad roborandum, Alvaro hic testis manu mea + roboravi, Montano hic testis manu mea + roboravi, Adfonso hic testis manu mea + roboravi, Cisiliani exscripsit.

XXXVIII

Viernes 1.º de mayo de 987.

[f. 25 vto.] IGLESIA DE SAN JUAN DE UBIARCO

Sub Christi nomine ego Donna Fronildi in Domino Deo eterna salute. Amen. Ideo placuit mihi et accensi voluntas ut pro remedio anime mee trado atque concedo eglesia Sancti Iohannis cum omnibus actibus suis qui est in villa Ubiarco, per omnen suos terminos pro termino Menizi et figet in termino de Montes ter et pro fonte salice et pro molione albo et pro terminu de Iohannes per suos terminos, sic trado atque concedo ipsa ecclesia Sancte Iohannis eo Donna Fronildi ad ecclesia Sancta Iuliana, cuius corpus tumulatum est in locum qui dicent Planes, et tibi abbati meo Indulfo presbiter vel omnes fratres et presbiteros vel reculantes, quia ipsa ecclesia Sancta Iuliana Virginis comemorati fuerint trado ibidem Donna Fronildi ipsa eclesia Sancti Iohannis cum omnibus actibus suis, sive casas, orreos, lacares, cupas, libros, terras, pumares in villas nominatas in Ubiarco in Planes et in Macortedo, sive ubique portueritis invenire abeatis post iure ecclesia Sancta Iuliana ac defendatis, et quidquid ex inde facere volueritis, liberam in Dei nomine abeatis potestatem, sed verumptamen ipse illo obtineat qui Deo servierit et in agone Christi certaverit vel in Dei liberius comemoratus fuerit, abeat ex inde toleratione, et mihi Donna Fronildi ante Deum mercibus perveniat, et nullus inde a leigale conversatione reducere presuma. Si quis presumserit anatematiçatus et excomunicatus permaneat, et cum Iuda traditore in infernu dapnatus et pro temporali pena pariet ad ipsius ecclesie Sancte Iuliane aliu tantum duplatum vel triplatum quantum ab ipsa ecclesia ausus fuerit quod notus inrumpere, et auri libras III, et ad comite civitatis pariet alias auri libras IV, et hoc testamento iuris ecclesie firmis permaneat. Facta scedula testamenti die noti feria VI, kalendas maias, era M. XXV, imperante Comite nostro Garsea Fredenandez in Castella, eo Donna Fronilde in hoc testamento de meo factum vel relegente audivit, manu mea + roboravi,

coram, testibus, Beliti, hic testis manu mea + roboravi, Ermeildo, hic testis, + Quirugus, hic testis, + Roderico Feiliz, in mea presentia, + Nuno Belasquiz, in mea presentia, + Donna Otrocia, in mea presentia, + Gontesalvo, Esconiz in mea presentia. + Galindo, presbiter, in mea presentia. + Cissalani, exscripsit.

El día 1.º de mayo del año 987 no fué viernes, como leemos en esta carta: fué domingo. Como la fecha del año coincide con la época en que vivieron el conde García Fernández y D.ª Fronilde, nombrada en otras cartas, creemos que debe ser la carta de alguno de los años inmediatos en que el 1.º de mayo fuera viernes, como 985, 991, etc.

XXXIX

Martes 3 de marzo de 1019.

[f. 26.] CARTA DE HERMANDAD

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, ego Iacobi, quod nomen appellatur Annaya, una cum iermana mea Maria in Domino Deo eterna salute. Amen. Ideo ego Annaya et Maria pactum vel testamentum facimus et ad regula Sancta Iuliana et a tibi abbati nostro Iohannes diem iuditii timendo et portas inferni evadendo et paradisi introiendo, tradimus nos Annaya et Maria ad ipsis locis sanctis nos metipsos et nostra quinta in omnia nostra rem et nostras ereditates, que visi sumus abere et deincepsque ganare potuerimus, tan de abos quam de parentibus vel de nostras comparationes in villas prenominatas, id est in Cavarçeno et in Penagos et in Flandone et in Pamanes, et in aliis locis, ubique potueritis invenire, nostra quinta integra in terras in pumares in casas et in orreos, in cupas et in lictuaria in uacas et in res mouile et in tota omnia re nostra quinta integra, sic in vita nostra quam etiam et de post obitum nostro, ut abeatis ipsa nostra quinta desodie die data et confirmata per huius cedula..... Iuliana et de tibi abbati nostro Iohannes in Dei nomine abeatis potestatem, et nobis ante Deum merces perveniat. Et si quis tamen contra hunc factum nostrum vos metipsos ut aliquis homo, qui hunc factum nostrum inrumpere quesierit, in primis ira Dei descendat super eum et excomunicatus fiat ad sacrasancta comunione et cum

traditore abeat partem in eterna dapnatione. Amen. Et pro temporali pena pariet ipse homine diabolicus, qui hunc factum nostrum inrumpere quesierit, primis pariet post parte ecclesie Sancte Iuliane Virginis quantu ausus fuerit conatus inrumpere duplatu vel triplatu, et auri libras II, et post parte Imperatoris tertie vel alias auri libras V.[e] parie ipse hominem qui talia comiserit, et post inde scriptura ista non rumpetur. Facta scriptura ista die III et feria, V nonas marcias in era M. L. VIII., et regna rex Adfonso in Legione et Comite Garsea Sançes in Castella et in Asturias. Ego Annaya una cum germana mea Maria in hac pactum vel testamentum que fecimus et legenter audivimus et de manus nostras + + roboravimus coram testes, Belliti, Iulijz et Severo Adfonsiç, hic testes sumus, et manus nostras + + roboravimus, Ziti Suariç et Annaya Citiç et Didaco Rodaniz et Comes Appa et Çiti Appa, et Gutesalbo Iohannes, in nostras presentias + + roboravimus, Iohannes scripsit.

El año 1019 comenzó en feria V (jueves), y el 3 de marzo fué feria III (martes), como dice el documento.

XL

Martes 24 de junio de 991.

[f. 26 vto.] IGLESIA MONASTERIAL DE ARCE

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, presbiteris, diachonibus, clero atque omni populo christiano fidelissimo Deum timendo..... ego Donna Fronildi una cum sobrinis meis Munniu Gutierrez et Nunu Gutierrez, adsid indignus, qui sumus neptis Domno Rodani comite, pactum testamenti tradictionis facimus propter remedium animas nostras ad regula Sancta Iuliana, cuius corpus tumulatum est in villa Planes, et sub regimine Indulfu abbati tradimus atque concedimus nos supradicti Donna Fronildi et Munnu Gutierrez et Munnu *(Nunnu?)* Gutierrez ad ipsa regula Sancta Iuliana Monasterio vel ecclesia Sancti Iuliani, que siita est in territorio de villa Arce, cum suas casas et orreos et torcular, et terras, et pumares pro suis terminis, id est una terra in mere de Golata iusta terminum de

Sancti Iuliani et illu sotu usque in illa serna et alia terra que est iusta terminum de Frominio, et pro illa itinere iusta terminum de Maria, ipsa terra, que est in illo vale, et alia terra que est in mere de Golata de duobus partibus terminis itineres publicas et per terminis de Osicia et de Sarracino, et alia terra que est in mere de Sopenna et de termino de Revelio et aliu terminu de Martino usque in illa itinere et alia terra, que est iusta terminu de Librino et per terminu de Fafila et alia terra que est in mere de Rosnia de termino de Fronimio, et pro termino de Ofreiso usque in terminum de Afonso et hereditatem vel rem que concedit Adfonso ad omni integritate, et alias duas terras que vocitant sernas que sunt ibidem in territorio de Arce et alia terra in mere de Rosnia iusta terminum de Adfonso, et per terminu de Maria. Sic tradimus et concedimus ego Donna Fronildi et ego..... Gutierrez ipsas terras vel pumares ab omni integritate, quantumque superius comprehensum est sive ipsa ecclesia Sancti Iuliani iam nominata sive quantum ad ipsa ecclesia apertinet et iurificavit, vel quantum in nomine de ipsa ecclesia apertinet et iurificavit, vel quantum in nomine de ipsa ecclesia ganatu fuit vel fuerit per animas defunctorum quam etiam et per viventium in montes, in fontes, pratis, pascuis, exitis, aquis aquarum, sedicas molinarum, que ipsa ecclesia Sancti Iuliani apertinet cum omni suas apresuras, tradimus et concedimus e'go Donna Fronildi et ego Munnium Gutierrez et ego Nunno Gutierrez ipsa ecclesia Sancti Iuliani iam nominata cum quantumque superius resonat ad regula Sancta Iuliana et ad Indulfu abbate vel ad cultores ipsius regula Sancta Iuliana ab omni integritate propter remedio de animas nostras de me Fronildi et de mea germana Monna Tarasia et propter remedio de animas nostras de me Munniu Gutierrez et de me Nunnu Gutierrez, et de abia nostra Donna Gontroda, sic tradimus et concedimus ad ipsa regula Sancta Iuliana, quomodo superius conprehensum est usque in finem seculi, ut non filii nostri, non suprini, non eredes, neque gens genere quia ad alia parte inde reducere presumat post parte regula Sancta Iuliana, sit traditum vel concessum in perpetuum abituram. Si quis tamen ego Donna Fronildi et ego Munnium Gutierrez et ego Nunnu Gutierrez vel filiis nostris aut Comes vel..... subrogata nostra persona et qui hunc factum nostrum inrumpere quesierit, aut contra regula Sancta Iuliana proinde contemtiosus extiterit, in primis ira Dei descendat

super eum et rufea celestis, et descendat super e'um Deus sicut descendit super Datan et Abiron sceleratissimos, quod pro sua scelera terra illos vivos absorbuit et cum Iudas traditore abeat participio in pena eterna et excomunicatus fiat et sanguinis Domini nostri Iesuchristi, et pro dapna secularia inferat ad ipsa regula Sancta Iuliana vel ad cultores suos auri libras V.^{e} et ipsa ecclesia Sancti Iuliani, cum que superius comprehensum est, duplatu in ipso territorio, et alium captum parit post parte comite alias auri libras quinque et iste testamentum pactum traditionis vel confirmationis firmis permaneat. Facta iscriptura ista pactum vel testamentum tradictionis die III.^{a} feria, VIII kalendas iulias, era M. XX. VIIII, Rex Adefonso in sedis Legione et Comite Garsea Fredenandez in Castella. Et ego Donna Fronildi et ego Munnium Gutierrez et ego Nunno Gutierrez qui pactum testamentum tradictionis ad regula Sancta Iuliana, et ad Indulfo abbati confirmationis quod fieri voluimus et legenter audivimus manus nostras + + roboramus coram testes tradimus roboranda, Martinus presbiter, Ermeildo presbiter, et Petru et Felix hic testes sumus manus nostras + + roboravimus. Ego Alvaro Alvariz voluntatem et factum de uxor mea Fronildi confirmavi et manu mea + roboravi, ego Annaya Adfonsiz, ego Citi Suariz, ego Roderico Guntdesalviz, ego Indulfo abbati, et ego Ermeildo frater et ego Frila Albariz in nostras presentias fuit factum el manus nostras + + Cissilani exscripsit.

El año 991 comenzó por feria V (jueves); el día 24 de junio fué feria IV, o sea miércoles. Es de creer que el amanuense copió feria III en vez de feria IV, por la semejanza gráfica de los números romanos II y V. El P. Sota *(Crónica,* página 639) publicó esta carta.

XLI

Martes 24 de junio de 1001.

[f. 28 vto.] IGLESIA MONASTERIAL EN MORTERA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, presbiteris, diaconibus, clero atque omni populo christiano fidelissimeo Deum timentibus et regule sancte consistentibus. Ego Munnium

Gutierrez et Domina Fronildi, acsid indignus, facimus pactum, testamentum tradictionis facimus propter remedio aminas nostras de vobis Munnium Gutierrez et Domina Fronildi et de genitores nostros sive et de parentes nostros tradimus atque concedimus ecclesia monasterio Sancti Iuliani cum omnibus actibus suis ad regula Sancta Iuliana, cuius corpus tumulatum est in villa Planes, et a tibi abbati nostro Indulfo tradimus atque concedimus nos supradictis Munnium Gutierrez et Donna Fronildi ad ipsa regula Sancta Iuliana monasterio vel ecclesia Sancti Iuliani, que exita e'st in territorio de Mortera in predicto loco monte Biati cum suas casas et orreos, et torcular et cupas et libros infra terminos de Mortera et per terminu de illo ribo, et usque in illa itinera antiqua que viene de Liencres a Mortera, et de alia parte per terminu per ubi illas serores abitaverunt, que forone de Morteira, et per illos azebos usque ad illos foios et usque in illo queto que dicen Alegio et per terminu de Bo et per illo Aguto usque in illa via itinere antiquum ad termino de Monte et Beati et alia ereditate que est in soma pia in pauo de Arce que dedit Munnium Gutierriz ad Sancta Iuliana, que abuit de sua divisa illa hereditate que fuit de Sancto Corto et de sua uxore Ablina et de sua muliere Ibera, et de sua mulier Terentia ipsa hereditate quantumque pertinuit ad ipso solare ubi abitavit Sancto Corto in soma ya con ipsas tres mulieres cum suos ereditarios ipsa ereditate terras et pumares in fonte in monte ab omni integritate infra terminos de monte Faleto et per termino de Pausadorios et per illa via itinere qui discurre ad Arce et adfligese usque in miere de Arce ad Escarzico et usque in Lebe, et in Priedo et alia hereditate que dedit Munnium Gutierrez ad Sancta Iuliana, que fuit de sua devisa in Capidiello, qui fuit de Garcia ipsa ereditate per illum quetum de Arrias usque in Ganzo et per Penna Alba et usque in Fagelo et usque in Arce et in Mieres de Arce ipsa hereditate cum suos editos infra ipsos terminos ab omni integritate, in monte in fonte, ubi putueritis illo invenire ab omni integritate pro anima de mihi Munnium Gutierrez et de parentes meos sive per animas de parentorum nostrorum et tradimus atque concedimus alio monasterio vel ecclesia que vocitant, Sancti Petri, qui est in territorium de Campo Pau cum suas casas et suos orreos, et suos libros, et cum terras et suos pratos et tota rem vel ganato vel quantum ad ipsa ecclesia pertinet, sic tradimus et concedimus ad ipsa regula Sancta

Iuliana et ad tibi abbati Indulfo ab omni integritate et propter remedium animas nostras et de me Munnium Gutierrez et de Donna Fronildi et de parentes nostros. Si quis tamen ego Munnium Gutierrez et ego Donna Fronildi vel filiis nostris ut comes, aut regibus vel potestas, aut omines de subrogata nostra persona inrumpere quesierit aut contra regula Sancta Iuliana per ipsos montes et rios vel per ipsas iam dictas ecclesias, que super resonant, cum omnibus actibus suis cum omni rem vel ganato vel hereditates vel quantumque in testamentum hic resonant perinde contempciosus steterit, in primis ira Dei descendat super eum Deus sicut descendit super Datan et Abiron sceleratissimos, quos pro sua scelera terra illos vivos obsorbuit, et cum Iudas traditorem abeat participio in pena eterna..... sanguinis et corporis Domini nostri Ihesu Christi, et pro dampna secularia inferat ad parte de ipsa regula Sancta Iuliana et a tibi Indulfu abbati vel ad cultores earum auri libras VII et ipsius monasterios vel ecclesias Sancti Iuliani et Sancti Petri cumque superius comprehensum est in ipsius territorios duplatum et illum captum pariet post parte comite alias auri libras VII, et istum testamentum pactum tradictionis vel confirmationis firmis permaneat. Facta ista scriptura istum pactum vel testamentum tradictionis die III feria, VIII kalendas iulias, era M. XXX. VIIII. sub rex Adefonso in sedis Legione, et Comite in Castella, ego Munnium Gutierrez et ego Donna Fronildi in hoc pactu testamentu vel traditiones que fecimus et legente audivimus et manus nostras + + roboravimus coram testes tradidit roborandum. Petrus et Iohannes hic testes sumus + + roboravimus, Cissilani et scripsit.

El P. Sota *(Crónica,* pág. 640) publicó esta carta.

XLII

Jueves 22 de febrero de 1019.

[f. 29 vto.]

EN VALDEGUÑA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, ego Donna Sendina in Domino Deo eterna salute. Amen. Ideo ego Donna Sendina pactu vel testamentum facio a Deo ad regula Sancta Iuliana et ad tibi abbati meo Iohannes diem iudicii timendo et portas inferni evadendo et paradisi introiendo trado atque concedo ad ipsum locum sanctum illas casas de Felecta cum omni adiacentias suas in audito de Loisa, quem abeo de mea dote vel in meas arras que viro meo Didacomizi dedi vel roboravi, sicut in mea dote resonat per omnes suos terminos. Id est de illo vado et per illa carraria qui discurre ad Aselio, vel directo usque ad itinere qui discurre ad Argueces et per illu Villare et per terminu de Albaro Galindiz et de suos heredes et per illos fixos petriços et terminu de Quintila Asuriz usque ad illa penna et pervenit ad illo arroyo, et per illu tinteiro et per terminu de Afonso et terminu de Petru, et terminu de Sancta Leocadie, et terminu de Eldefonso, et per illu alio arroio et affige et ad illa carrera que discurre ad illum vadum, sic trado atque concedo ad ipsa regula Sancta Iuliana, cuius corpus tumulatum est in villa Planes, et a tibi abbate meo Iohannes trado atque concedo ipsas casas et orreos, lacares, cupas, curtes, terras, pumares, silvas vel defesas, aquis, pratis, padulibus vel ubique potueritis invenire de ipsa hereditate abeatis illo post iure de Sancta Iuliana quieto, et quidquid ex inde facere volueritis liberam in Dei nomine abeatis potestatem, ut mihi Donna Sendina ante Deum merces perveniat, et de viro meo Didaco. Si quis tamen contra hunc factum nostrum ego Donna Sendina aut proienie mea vel quislibet homo hunc factum nostrum inrumpere quesierit, in primis ira Dei descendat super eum in inferna dapnatione. Amen. Et pro temporali pena pariet ipse homine ad parte de ipsa regula Sancta Iuliana quantum ausus fuerit conatus inrumpere, duplatum vel triplatum cum solidos C et post parte comite civitalis pariet auri libras V.ᵉ pariet ipse homine qui talia comiserit, et scri-

ptura ista non rumpetur et firmis permaneat et obtineat. Facta scriptura ista die V.ª feria, VIII kalendas martius, era M. L.ª VII.ª, et regnum et Rex Adefonso in Legione et Comite Garsea in Castella et in Asturias. Ego Donna Sendina in hoc pactu que feci pro remedio anime mee et de viro meo Didaco legenter audivi et de manu mea + roboravi, Iohannes et Munio hic testes sumus et manus nostras + + roboravimus, Iohannes scripsit.

El año 1019, ya hemos dicho (v. carta XXXIX) que comenzó en feria V (jueves), y el día 22 de febrero fué domingo y no jueves, como dice este documento.

XLIII

Viernes 18 de enero de 1017.

[f. 30 vto.] IGLESIA DE SANTIAGO DE VALDEGUÑA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, presbiteris, diaconibus, clero atque omni populo christiano Deum timentibus et in regule sancte consistentibus. Ego Donna Monia Donna, acsi indigna, que sum filia de Monnio Didaz et Donna Gelvira in Domino Deo eterna salute. Amen. Ego Donna Monia Donna placuit mihi accensit voluntas, ut pro remedio anima mea simul de viro meo Nunno Gutierrez et de parentibus nostris, tradidit ego Donna Monia Donna atque concedit corpus meum et animam meam ad regula Sancta Iuliana et a tibi abbate meo Iohannes, tradidit ibidem ecclesia Sancti Iacobi cum omnibus actibus suis, qui est fundata in valle Egunna in locum vocabulum Caçarone, per omnem suos terminos, et de illo cotello absque in illa fonte pro illo balelio et per itinera que pergit ad Egunna, qui exit de Mesuzo, ex alia parte terminu de Felix per illo foyolo de Monio, et usque in terminu de Donna Gota, et per illa calçata que est iter qui pergit de Conflia et venit ad Egunna et per suos terminos tradidit eo Monia Donna atque concedit ipsa ecclesia iam dicta cum omnem rem ganato, casas, orreos, lictuaria, torcularia, vel tota omnem rem causa quantu ad ipsa ecclesia oportet abere vel deinceps acmentare vel ganare

putuero, sic tradidit atque concedit ipsa ecclesia iam dicta cum omnibus actibus suis integro ad ecclesia vel ad regula Sancta Iuliana et ad tibi abbate Iohannes, sic terris quam etiam pumares, silbas vel defesas, pratis, padulibus, in fonte in monte in aquis aquarum vel quantum ex eius voce invenire potueritis, sic in vita de me Monia Donna quam post obitum meum, et in villa Patella, in tota ipsa hereditate, in terras, in vineas quinta portione pro anima de viro meo Nunno Gutierrez. Et ego Donna Monia Donna post obitu meo in meo ganato mea quinta integra, ut abeatis post iure, ecclesie Sancte Iuliane ac defendatis, et quicquid ex inde facere quod volueritis in Dei nomine abeatis potestatem. Sed verumtamen ipse illo obtineat, qui Deo servierit, in agone Christi certaverit, et in Dei laudibus commemoratus fuerit, habeat ex inde toleratione et mihi Donna Monia Donna ante Deum mercis perveniat et nullus ex inde ad laycale conversatione reducere presumat. Si quis presumpserit, anatematizatus et excomunicatus permaneat, et cum Iuda traditore habeat parte in eterna dampnatione, et pro temporali pena qui hunc scriptura scedula testamentum tradictionis istius inrumpere quesierit, aut comes aut alia regia vel potestas, aut qualicumque homine diabolicus, qui taliter comiserit, pariet ad ipsa ecclesia Sancta Iuliana et a sotii earum chatolicus quantum ab ipsa ecclesia ausus fuerit conatus inrumpere tantum duplatum vel triplatum et auri libras V.ª et post parte regis aut comite, qui hunc terra imperavit, similiter pariet auri talentum et post inde scriptura ista testamenti istius non rumpetur. Facta et considerata est iscriptura ista sub die qui est VI.ª feria, XV kalendas februarias, currente era M.ª L.ª V.ª, regnante Rex Alfonso, Rex in Legione, et imperante Comite Sancio Garciani in Castella et in Asturias. Et ego Donna Monia Donna in hanc testamentum tradictionis quod fieri volui et legenter audivi manu mea + roboravi coram testibus Sesguto et Adega hic testes sumus manus nostras + + roboramus, Braolio confirmat, Godestio Munniuz confirmat, Didaco Beilaz confirmat, Nunno Rodriz confirmat, Citi Petriz confirmat, Munnio Iohannes confirmat et totos in uno + roboramus, Ermegildo scripsit.

XLIV

Jueves 16 de noviembre de 1021.

[f. 31 vto.]

EN LIÉBANA

Sub Christi nomine. Ego Adefonsus prolix Didacus sive coniuge mee, id est Maria, favente et dive memorie nostre cartula vel testamentum tradictionis facimus Deo et ecclesia Sancta Iuliana, et ad tibi abbate meo Iohannes de propia nostra vinia cum suo terrefundus, qui est fundata in territorio levanense locus perfonsus et Maria ipsa vinia iam dicta ad ipsis locis sanctis propter remedio anime nostre sive de parentes et genitores nostros, ut ante Deum in die iudicii tremenda accipiamus copiosa mercede et per hanc metuenda voce damus ipsa vinia, sicut ex fundata per cunctis locis et terminibus suis, circunspecta per ubi nos illa iurificamus integra ad ecclesia Sancta Iuliana, concedimus vinia et terrefundus ad integra, ut abeatis pars ecclesias et cultores ipsarum ipsa vinia iam dicta usque in finem seculi. Si quis causa alicum homine, aut rex, aut comite, aut hominem potentissimus, aut Adefonsus et Maria, aut filiis nostris qui hunc factum nostrum inrumpere quesierit, in primis sit extraneus ad corpus et sanguinis Domini nostri Ihesuchristi et cum Iudas traditore habeat parte in eterna dampnatione, et inferat ad pars ipsius ecclesie, et ad congregatione eius ipsa vinia cum suo terrefundus duplatum vel triplatum cum solidos XXX.ª, et ad comite pariet ipse homine, qui taliter comiserit, auri libras V.^{e} et post iscriptura ista non rumpetur. Facta iscriptura donationis die quod erit V.ª feria, XVI kalendas decembris, era M.ª L.ª VIIII, Rex Adefonsus in Legione, Comite Garsea Sancii in Castella, et Adefonsus et Maria in hanc scriptura testamenti istius quod fecimus legenter audivimus manus nostras + + roboravimus coram testibus in presentia abatisa Fronildi + roboravi, Veila Munioz + feci, Vermidus Braoliz + roboravi, Tercia de Maiordomum + roboravi, Fredinandus Vermudiz + roboravi, Velliti Martiniz + roboravi, Ordudus Frenandez + roboravi, Garcia Valeriz + roboravi, Annaya + roboravi, Menendus + roboravi, Stephanus testis, Munio testis, Meme testis, Ermigildo scripsit.....

XLV

Jueves 16 de noviembre de 1021.

[f. 32.]

EN LIÉBANA

Sub Christe nomine. Ego Donna Sendina Deo favente et dive memorie mee cartula testamentaria tradictionis fecit Deo et ecclesia Sancta Iuliana et ad tibi abbate meo Iohannes de propria mea vinea cum suo terrefundo, et ex fundata in territorio levanense in villa que vocitant Casiellas super iter quod pergit ad Frania (1) iusta vinia de filios de Donna Goto, et II pars terminum de Maysato et usque in via vel iter quod currit ad ecclesia Sancti Sebastiani, inter ipsis terminis vel cunctis suis limitibus ipsa vinia integra, et cum ipsa vinea dedit ego Donna Sendina cupa maderiza, rubur facta, propter remedio anime mee et de parentes meos, vel de genitores meos et pro hanc metuenda voce dedit ipsa vinea et ipsa cupa pro cunctis suis terminis per eum iurificavi integra ad ipsis locis sanctis tradita et concessa usque in finem seculi. Si quis causa alicum hominem aut comes aut hominem potentissimus aut ego Donna Sendina aut pars mea, qui hunc factum nostrum inrumpere quesierit, in primis sit extraneus ad corpus et sanguinis Domini nostri Iesuchristi, et cum Iuda traditore abeat parte in eterna dapnatione et inferat ad pars ipsius ecclesie, et ad congregationem eius ipsa vinea cum suo terrefundo et ipsa cupa duplata, vel triplata cum XXX.ª solidos, et ad comite parie ipse homine, qui taliter comiserit, auri libras I, et post scriptura ista non rumpetur. Facta scriptura donationis die notu quod erit V.ª feria, XVI.º kalendas decembris, era M.ª L. VIIII.ª, Rex Adefonso in Legione et Comite Garsea Sanciz in Castella. Ego Donna Sendina in hanc scriptura testamenti istius quod feci legenter audivi manu mea + roboravi, Sisiverto presbiter +, Petrus + roboravi, Monnio + roboravi, Arboyro + roboravi, Gonçalvo + roboravi, coram testes Flaino et Vincenti, hic testes sumus, manus nostras roboravimus, Ermegildo scripsit.

---

(1) El pueblo que en esta carta se llama Frania es Frama, a unos 3 kilómetros al SE. de Potes. Hoy existe el camino que desde Casillas se dirige hacia Frama, aunque abandonado desde que se ha construído la carretera que comunica a Liébana con la provincia de Palencia.

XLVI

Viernes 29 de diciembre de 1021.

[f. 32 vto.] IGLESIA DE SAN ACISCLO

Sub Christi nomine. Ego Mansuara et filia mea Adesenda, nos quidem favente et dive memorie testamentum tradictionis facimus Deo et regula Sancta Iuliana et ad tibi abbati nostro Iohannes tradimus nos metipsas et omnen nostram rem vel ganato, que habemus et que adhuc ganare vel fundare potuerimus, tradimus ibidem ipsa ecclesia Sancti Aciscli qui est in villa Triclo, qui est edificata in terra de Sancti Petri vel de Sancta Iuliana, qui anteriori nostri ea tradiderunt ad ipsa regula Sancta Iuliana, et nos confirmamus et tradimus nostro edificio vel cimento, qui ibidem fundamus in ipsas terras ex integro ubique laboratum abemus, et tradimus nostras casas et cupas et orreos, et lictaria, capras, porcos, vel omnia rem tota usque ad minima galina. Et in Toranço nostra portione, vel ubi nostro laborato vel cimento fundato aut ganato ex voce nostra invenire potueritis, firmiter aprehendatis et possideatis in nomine Sancta Iuliana, et nullus senior aut aliquo homine ad alia parte reducere presumat, et qui facere voluerit aut contradicere ad ista scriptura, in primis ira Dei omnipotentis descendat super eum et extraneus et discomunicatus in infernum missus et dapnatus et insuper inferat, qui talia temptare voluerit, ad pars ipsius ecclesie Sancte Iuliane vel pariet alia rem ad ipsa ecclesia iam supra dicta cum fundamentis vel terre sue, et ipso edifitio vel cimento pumares, et torcularia, arbuncula, pariet duplatum et auri libra I, et ad comite alias auri libras II, et post hec testamentum tradictionis ista non rumpetur. Facta et confirmata scriptura die VI feria, IIII kalendas ianuarias, era M.ª L.ª VIIII, Rex Adefonsus, Comite Garsea Sanciz in Castella. Ego Mansuara una cum filia mea Adesinda traditione ista que fecimus legenter audivimus manus nostras + + roboravimus coram testes, Severo et Sauarico hic testes sumus manus nostras + + roboravimus, Ermegildo scripsit.

XLVII

Viernes 1.º de diciembre de 1020.

[f. 33.]

COMPRA EN ARCEDA

Sub Christi nomine. Ego Roderico Munioz una cum uxore mea Donna Iusta placuit nobis pro expontanea nostra voluntate, ut vindivimus a tibi Iohannes abbate vel regula Sancta Iuliana proprias nostras terras que abemus de parentes vel de abos nostros, illa una in Arceda iusta termino de Sona, et alium terminum de illa silva vel defesa et usque in flumine Salia, et illa alia terra que est in Cubilias vel agro redondo pro terminu de Sancta Iuliana, et usque perexit ad illo agomale. Intra ipsos terminos iam dictos, sic vendivimus nos Roderico et Iusta ipsas terras ab omni integritate, et a Iohannes abbate, sic dedisti nobis prefato per ipsas terras id est bobe albo valente VIIII, modios de civaria et calapaços de III solidos, et sayale lango albo valente III modios in sub uno pretio in XV modios de civaria, quod da mihi Roderico Monioz et uxor mea Donna Iusta bene complacuit et abbate Iohannes deuitus non remansit pro dare, nec nobis Roderico et Iusta iure in ipsas terras non reservavimus, ut de hodie die post iure de te Iohannes abbate vel de regula Sancta Iuliana ipsas terras pro suis terminis firmis permaneat usque in finem seculi. Si quis tamen contra hunc factum nostrum nos Roderico, Iusta aut filiis vel heredes nostri propinquis aut extraneis aut alicum hominem potentissimus vel assertoris de subrogata nostra persona que Iohannes vel fratres de regula Sancta Iuliana proprias nostras ad iuditio compulsaverit, et ego Roderico et Iusta in concilio non fuerimus convalidus auctorigare vel vindicare post parte de regula Sancta Iuliana, quomodo pariemus post parte de te Iohannes abbate vel de regula Sancta Iuliana ipsa hereditate et ipso pretio duplatum vel triplatum cum solidis X, et parte de comite pariet auri libras I.ª et carta ista firmis permaneat. Facta carta vel scriptura ista die VI.ª feria, ipsas kalendas decembris, era M.ª L.ª VIII.ª, Rex Adefonsus et Comite Garsea in Castella in Asturias. Ego Roderico et Iusta hanc

carta venditionis, que fieri voluimus et legenter audivimus et de manus nostras + + roboravimus, Petro et Reuelio hic testes sumus, manus nostras + + roboravimus, Iohannes scripsit.

El año 1020 (bisiesto) comenzó por feria VI, o sea viernes, y por tanto, el 1.º de diciembre no fué viernes, como dice el documento, ya se compute este año bisiesto, como hoy lo hacemos, agregando un día al mes de febrero, o, como hemos visto que se hacía en los siglos medios, agregando un día al mes de diciembre. En el primero de estos casos el primer día de diciembre de 1020 sería jueves, y en el segundo miércoles. Creemos que el copista puso «die VI feria» por «die IV feria».

XLVIII

Viernes 1.º de diciembre de 1021.

[f. 33 vto.]

EN BARREDA

Sub Christi nomine. Ego Roderico Munioz, et uxor mea Iusta, nos iam dictus que sumus dive memorie pactu vel testamentu tradictionis fecimus Deo et ad regula Sancta Iuliana et a tibi abbate nostro Iohannes, diem iuditii timendo et portas inferni evadendo et paradisi introiendo, tradimus vel concedimus ad ipsa regula Sancta Iuliana propria nostra, qui est in Bareta per terminu de Sancta Iulia, et per illa silva vel defesa et usque in flumine Salia inter ipsis terminis ipsa terra integra. Damus ea vel concedimus sic in vita nostra quam et post obitum nostrum ad ipsa regula Sancta Iuliana, et a tibi Iohannes abbate propter remedio anime nostre et abeamus de peccatis nostris remisionem et ecclesia Sancta Iuliana de ipsa terra confirmationem per hac scriptura testamentu isti usque in finem seculi. Si quis tamen ego Roderico et Iusta aut pars nostra aut alicum hominem qui hunc factum nostrum inrumpere quesierit, in primis ira Dei descendat super ipso homine et discomunicatus fiat de Christi fidem et tunc pariet ad tibi Iohannes abbate vel ad regula Sancta Iuliana et ad cultoribus earum ipsa terra duplata vel triplata cum solidos XL, et ad comite pariet ipse homine diabolicus, qui taliter comiserit, auri libra I, et post hoc non rumpetur. Facta iscriptura testamenti die VI feria, ipsas kalendas decembris, era M.ª L.ª VIIII,

Rex Adefonsus in Legione et Comite Garsea in Castella, et ego Roderico et Iusta testamentu vel tradictione ista que fecimus legenter audivimus manus nostras + + roboravimus coram testes, Sonna et Albaro hic testes sumus manus nostras + + roboravimus, Ermegildo scripsit.

XLIX

Lunes 13 de junio de 1028. (?)

[f. 34.]

EN ARROYO

Sub Christi nomine. Ego Dominico Didaz pactu vel testamentum facio ad Deum et ad regula Sancta Iuliana et a tibi Petru abba trado atque concedo nostras casas cum suo solare in villa Arrogio terras et pumares vel cuncta genera arborum, ubi ea potueritis invenire, aut minima gallina, velut granum sinapis ab omni integritate, sic in vita mea quam etiam post obitu meum, ut abeatis eo desodie dato vel confirmato per huius scripture testamenti in Dei nomine abeatis potestate, et ego Dominico ante Deum merces perveniat. Amen. Si quis tamen aliquis homo, qui hunc factum meum disrumpere quesierit, qui talia comiserit alacriter descendat super eum ira Dei, et in finem non accipiat communionem et cum Iuda traditore abeat parte in eterna dapnatione, feria II, idus iunius, era M. L. XVI, Rex Ferdinandus, ego Dominico in hanc testamentu que fieri voluit et legenter audivit manu mea + roboravi coram testes, Annaya, et Citi hic testes sumus et manus nostras + roboramus, Sebastianus scripsit.

Dice la carta que el día 13 de junio de 1028 fué lunes y reinaba D. Fernando. En este año fué el 13 de junio jueves, contando los bisiestos como hoy lo hacemos. Don Fernando I fué asociado al trono de Castilla por su padre D. Sancho, y no habría inconveniente en admitir la fecha de 1028, si la feria coincidiera. Más bien creemos que está equivocado el año.

L

Jueves 1.º de septiembre de 1018.

[f. 31 vto.] IGLESIA DE SAN VICENTE EN TORANÇO

Sub Christi nomine ego Frissila, cuius consonans nomem Annaya, que sum filium, quod est parentibus meis Mascimo et Gontroda in Domino Deo eternam salutem. Amen. Ideo placuit mihi accensit voluntas mea, ut pro remedio anime mee tradictione vel testamentum fecit ad Deum et ad regula Sancta Iuliana in nomine Patris et proli ad tibi abbati meo Iohannes, tradidit me ipsum corpus meum et anima mea ad ipsa regula Sancta Iuliana et ad tibi iam supradicto abbati patrono meo Iohannes, his auditis propter remedio anime mee diem iuditii timendo et portas inferni evadendo et paradisi introiendo per huius testu scripture testamenti istius. Ego Frissila tradidit ex me una cum omnia mea pertinentia quicquid visus sum abere, vel possidere, aut deinceps ganare, vel proligare potuero tradidit, hunc ad ipsis locis sanctis et ad tibi abbas Iohannes coram me servum et contestor trado meam rem et meo ganato omnia esse tradidit et contesto quicquid mihi parentibus meis ganaverunt, et qui iuri meo abeo dest meas casas et meos orreos, torcularia et lictaria et III vasos argenteos, qui meos abeo, cruce et calice, vestimento ornatu ecclesie, libros, ipsas casas, que iam dixi que abeo in villa Erfuci cum ecclesia Sancti Vincenti in valle Toranço. Id est caballos, eguas, bacas, boues, oves, arietes, capras, porcos, vel omnia tota rem ab integro, terras, pomares, vinias que abeo de parentibus meis, et quadra me inter meos germanos quarta portione in villa Furci, et in Carrieto, et in villa Aviti et meas comparationes in villa Sancta Maria III, sernas vel terras, et in illos quetos alia terra que comparavi, et in Caycedo alia terra cum sua defesa de glandiferos, et tota alia genera arborum que comparavi, et alio pumare subtus mea casa que comparavi et molino cum suo coriculo in villa Sancta Maria, et alio molino ab omni integritate in rivo Erfuçi et alia comparatione in Quintana, et alia comparatione in illos eyros tradididit eidem omnia iam superius nominata integrum, tam de abos quam de parentibus meis, et meas comparationes et meis prestationibus, quantum ego

Frisilia iure abeo et ganare potuero ganatu vel rem omnia iam superius comprehensa, usque potueritis invenire ex voce mea in montibus, in fontibus, in aquis aquarum vel in sedicas molinarum, tam in cultum quam et in discultum ut abeatis post iure ecclesia Sancta Iuliana traditum et confirmatum, ut quicquid ex inde toleratione, et mihi Frisilia ante Deum mercis perveniat. Et nullus ex inde ad laicale conversatione inde reducat, nec ab ipsa ecclesia auferre presumat. Quia ego Frisilia non valeo conlaudare alio patrono de aliis monasteriis singularis nec alia scriptura, que ego factum abui et intellexi omnia acta mea, et adclamo me, et trado me, et omnia mea pertinencia ipsius et eieci de ipsi aliis abbas et de suis testationibus et tradidit me ad corpus sanctum Sancta Iuliana vel coram reliquie, qui ibidem sunt residue in locum Planes, sive me et omnia mea ibidem contestor usque in finem seculi. Si quis sane, que fieri minime credo hec testamentum me factum aliquis homo venturus venerit ad inrumpendum comes aut regia vel potestas, aut alii abbas de aliis monasteriis cum alia scriptura, aut aliquis de parte mea inrumpere evacuerit aut illos, aut iure ipsius ecclesie Sancta Iuliana auferre presumpserit, aut aliqua divisione in eodem que iam superius dixi voluerit, in primis sit anathematizatus et condempnatus et ad sancta comunione extraneus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus, et insuper inferat ad ecclesia Sancta Iuliana et ad tibi abbate meo Iohannes vel ad congregatio tua vel pariet tantu duplatu quantum fuit conatus inrumpere et auri libras III, et post parte regi aut comite pariet auri libras V.e et post hec scripta testamenti ipsius nemine rumpatur firmissimus et stabile usque in perpetuum. Facta scriptura testamentum die notissimo V.ª feria, kalendas septembris curentis annis istius, era M.ª L. VI, regnante Domino nostro Ihesu Christo et imperante Adfonsus Rex in Legione et in Comite Garsea Sanciz in Castella. Et ego Frisilia in hunc testamentum tradictionis ad me factum volui legenter audivi manu mea + + coram testis, Iohannes et Albaro, hic testes sumus manus nostras + + roboravimus, Ermegildo scripsit.

El año 1018 comenzó en feria IV (miércoles); el día 1.º de septiembre fué feria II (lunes), y no V, como dice el documento. Creemos, dada la semejanza de los números romanos II y V, que se puso este último en vez del primero. Esta carta prueba que en 1018 ya no vivía el conde Sancho García, y gobernaba su hijo D. García Sánchez.

LI

Sábado 30 de noviembre de 1023.

[f. 35.] HERENCIA DE GONÇALO NEPZAN

Sub Christi nomine. Ego Guntesalvo qui su filio quod est parentibus meis Nebzano et Otrocia in Domino Deo eterna salute. Amen. Ideo iam dicto Guntesalvo pactum vel testamentum tradictionis feci ad Deum et ad ecclesia Sancta Iuliana et ad tibi meo abbate Iohannes tradidit corpus meum et anima mea ad ipsa ecclesia et omnia mea rem vel meo ganato et meas terras et pomares et sylvas vel defesas quicquid visus sum abere et ganare potuero tradidit ibidem integro ad ipsis locis et ad tibi abbate vel patrono meo Iohannes tradidit ego Guntisalvo ipsa mea rem, et ganato et ipsas terras et pomares in villa Fraxineto et in Laureto et in Planes, vel ubi mih Guntisalvo hereditas pertinet abere, in montibus, in fontibus, in aquis aquarum vel in sedicas molinarum, ut ad mihi Guntisalvo ante Deum merces perveniat et nullus inde ad laycale conversatio inde reducat sive me Guntisalvo et omnia mea sibi Deum contestor usque in finem seculi. Si quis sane contra hunc factum nostrum aliquis homo venturus venerit ad irumpendum comes aut regia vel potestas aut quilinte (?) homine qui hunc testamentum temptaverit ad irumpendum in primis sit anathematiçatus et condemnatus a Sancta communione extraneus et insuper pariet ad ipsa eclesia sancta Iuliana tantum duplatum quantum fuerit conatus inrumpere et auri libras II et ad parte comite alias auri libras III et post hec scriptura testamenti ipsius firmis et stabilis usque in perpetuum. Facta scriptura testamenti die sabbato, II kalendas decembris, era M.ª L.ª XI.ª, Rex Aldefonsus in Legione et Comite Garciani et ego Guntisalvo in hanc testamentum tradictionis, qui feci, legenter audivi manu mea + roboravi coram testes Carito et Vincenti hic testis sumus manus nostras + + roboravimus, Ermigildo scripsit.

LII

Sábado 26 de febrero de 1026.

[f. 36.] EN SO-CASTIELLO LA SERNA DE LA PUERTA DEL CASTIELLO

Sub Christi nomine. Ego Sendina et Iuliana et Xemena qui sumus dive memorie quod est parentorum nostrorum patre nostro Romano et matre nostra Argylo. Ideo nos supradictos tradimus atque concedimus post parte regule Sancte Iuliane et ad abbate Iohannes vel ad fratres ipsarum tradimus illa serna vel terra que est in Castello qui dicunt Misileo per terminum de Sancta Iuliana et alium terminum de Sancta Iuliana et alios terminos de Valeyro et de suos heredes et usque in illa penna vel petra inter ipsos terminos sic tradimus atque concedimus ipsa terra pro anima de matre mea Argilo, sicut illa abuit de abio suo Comite Dopno Rodanio, ita ex hodierno die vel tempore ut abeatis illo post parte regule firmiter usque in finem seculi. Si quis tamen si aliquis homo venturus regis aut comes aut quislibet homo qui hunc iussio nostra vel factum inrumpere quesierit aut iudicio contemptiosus extiterit. In primis ira Dei Omnipotentis descendat super eum et rufea celestis et excomunicatus permaneat et a sacrosancta comunione et cum Iuda traditore abeat parte in eterna dampnatione, et in super pariet ipse homine diabolicus post parte regula Sancta Iuliana ipsa rem duplatam vel triplatam cum solidos C et post parte fiscalis auri libras V scriptura ista plena abeat firmitatem. Pactum vel testamentum istius die sabbato, IIII kalendas martius, era M.ª LXIIII.ª, regnante Rex Adfonso in Legione et Comite Garciani in Castella et in Asturias. Ego Sendina et ego Iuliana et ego Xemena in hoc pacto que fieri iussimus et legenter audivimus et manus nostras + + roboravimus, Anaya Didaz et Vela presbiter et Echa Rodriz in nostras presentias + + roboravimus, Iohannes scripsit et manu mea.....

LIII

Miércoles 11 de agosto de 1111.

[fs. 36 vto. y 37.]

UNIÓN DEL MONASTERIO DE SAN MIGUEL DE CALVA, EN CAMARGO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris videlicet ac Spiritus Sancti qui unus admirabilis stat per numquam finienda secula. Amen. Ego Urraca Dei gratia totius Hispanie Regina vobis Sancte Iuliane et eiusdem ecclesie abbati Domno Martino et clericis ibidem in presenti et in futuro deservientibus in Domino Deo eternam salutem. Amen. Ego iam dicta Donna Urraca Regina trado atque concedo meo monasterio Sancti Michaelis in territorio de Camargo in villa que vocitant Calva cum directis suis ab omni integritate stabile per semper et cum casas et orreos, lagares cum abdegas, cubas, curtes, cum omni ornamenta, terras, pumares, defesas exitus vel regressitus et cum omni adiacentias suas de monte in fonte ubique potueritis invenire et mea divisa in illa villa ab omnem integritate. Si quis tamen aliquis homo qui contra factum meum disrumpere voluerit sit maledictus et excomunicatus et pectet ad regem decem libras aurei, et a vobis abbati et servitores dampnum triplicatum. Facta regula testamenti die quarta feria, tertio idus augusti, sub era M.ª C.ª XL.ª VIIII.ª, regnante eadem Regina in honore Patris sui. Minaya, Gutier Ferrandez curialius maiordomus confirmat, Didacus Vermudez confirmat, Comes Dopnus Rodericus Asturiensis confirmat, Petro Assurez confirmat, Comes confirmat, Petro Gundisalves de Lara et Comes confirmat, Magistri Petrus Annayas cuius ingenio et tiniatione hanc cartam Regina Dompna Urraca feci fieri, et propria roborare proprio signo confirmat + Citi et Villiti testes, Martinus qui notuit et manu mea.

El año 1111 comenzó en feria I (domingo), y el día 11 de agosto no fué miércoles, sino viernes.

LIV

Sin año.

[f. 37 vto.]

FUNDACIÓN DEL MONASTERIO DE SAN PEDRO Y SAN ROMÁN Y SAN FELICES, EN CABEÇÓN

Ego Recemirus presbiter vir religiosus et sanctissimus cognomento Traserigus, et alius vir sanctissimus nomine Betelus accepimus ad Antefonsus Rex in sedis leonense et metuo accepimus sua solvicione, quod propter amorem Dei ubi voluissemus habitare et ad Deum servire de benedictione Rex Adefonsus fiat fiat. Et nos iam dictos Recemirus et Betelus monacus Dei placuit nobis et venimus in patria Cabeçone et fundavimus baselica Sancti Petri et Sancti Romani cuius baselica facta et nominata est que dicitur Toporias et fecimus appresura et nominatos terminos per cuetu albu de Dunna et per illa itinera antiqua que discurre a villa Otiese usque Vibo, in rio qui dicitur Pellar, et ipsu rivo nominato Currendo ad illa coba, et ad illas ilices, et illos pinnaculos de intus. Istos quatuor terminos sit scalidamus et adfirmamus nostras apresuras per iussione Adefonsi Regis, et cum tale foro quod qui post nos in ipso monasterio remanserit tradat eum ubi regula sedis fuerit, et si non fecerit a die iudicio dapnatus fiat.

LV

16 de mayo del año.....

[f. 37.]

TOPORIAS

Sub Christi nomine ego Heredus presbiter pro mero animo et spontanea mea voluntate una pariter cum ceteris meis gasalianis qui subter notari vel signaturi facti sumus testamentum vel tradictionis facimus Deo et ad regula Sancte Iuliane cuius corpus tumulatum est in villa Planes et religioso abbate nostro Domno Albaro tradimus nos medipsos simul cum omni ecclesie Sancti Romani et Sancti Petri locum nominatum Toporias, id est terras et pumares, senras et defesas, aqueductos et felgarios, casas et orreos, et cubas, et cortes

cum omnia prestancia, lictuaria, libros, casullas, cum calices argenteos et omnia ornamenta ecclesie, cento uacas et bobes, caballos et eguas bravas, arietes et oues, bervices et edos et agnos, et tota rem que pertinet a prestancia vel deincebs ganare potuerimus omnia concedimus post regula Sancta Iuliana et cultores eorum. Et sicut iam sancia auctoritas et sicut doctrina docet patrum nostrorum et avii nostri vel antecessores nostros sicut iam supra resonat. Recemirus presbiter cognomento Trasserigus et Betelus qui per manibus suis construxerunt vel fundaverunt ipsa ecclesia iam nominata, sicut illis permiserunt, traderet ea cum omni abiacentias suas ad alia monasteria maiore. Et nos ita fecimus cum exitus vel regressos suos per ubi antecessores nostri adprehendiderunt de dato Domini Adefonsi Regis in Legione vel in Oveto per illa coua columbaria et per illu rivo de Pellar arripa usque in Bo, et per illa itinera antiqua que discurret ubique et per illu cuetu albu de Dunia et illos pinnaculos et per illas ilizes, et per illas spinas, et refriget se ad illa coua columbaria. Infra istos totos terminos eorum nos medipsos cum nostro monasterio tradimus ad Sancta Iuliana et ad tibi abbate nostro Domno Albaro. Et ego Osonius presbiter qui fuit advena levanensis, et veni ad tibi abbate Domno Recemiro cognomento Transerigus, et dedisti mihi licentia ad populandum deuitos tuos cautos et tuas appresuras. Et ego Osonius iam nominatum hedificavit cum manibus nostris ecclesia Sancti Felicis ubi vocitant Erenezo cum omnia substancia ecclesie, et cum meas comparationes, in Rodeces et in Lusa et in Canales et in valle Ubrica et in Novales et una serna que est in abdito de Subilla. Ego Osonio levanense trado eum una pariter cum tibi abba Reçmirus ad regula Sancta Iuliana, ut do hodie vel tempore firmis fiat et securus permaneat per ipsos terminos ad cultores eorum qui sunt vel qui post obitum nostrum in ista regula fuerint, dum iste seculum steterit, ut illic hic habeant gubernationem et nos ante Dei presentiam peccati remissionem. Amen. Ita ut de hodie die vel deinceps alius homo venerit a disrumpendum ista tradictione vel testamentum que fieri iussimus post parte ecclesie in primis descendat super eum ira Domini nostri Ihesuchristi in hoc seculo et quando fuerit in diem iuditii cum Iuda traditore abeat participium et fiat scomunicatus a cetu christianorum. Et insuper pariet ad cultores ecclesie auri libras V. Facta tradictio vel testamentum istum, XVII ka-

lendas iunias, in era DC. LXXX. I, regnante Principe nostro Domno Rademirus in Legione. Et ego Eleredus presbiter una pariter cum fratribus meis qui hunc testamentum fieri voluimus et relegente audivimus manus nostras roboravimus, Eleredus presbiter + et testibus tradidit roboranda, Recemirus presbiter, Fecisimus presbiter + et ego Monellus presbiter sic me tradidit ad Sancta Iuliana et ad tibi Albaro abba, sicut antecessores mei fecerunt, simul cum omnia mea de quicquis visus sum abere, et manu mea roboravi coram testes, Todesindus + Nonnitus + Froila + Saturninus + Arciso + Lazarus + Flacenti + Iohannes presbiter + Arbinus presbiter + Espasandus presbiter + Ordonius presbiter + Friecus presbiter + Todemirus presbiter + Natalis + Don Pater + Oltricus.

Esta carta y la XIV son de tiempo de D. Ramiro, rey de León (puede ser Ramiro II o III). En una y en otra carta se dice que era abad Álvaro. (Véase lo que decimos en la nota de la carta XIV.)

El P. Sota *(Crónica,* pág. 636) copia una donación hecha a Santa Juliana en el año 966, firma D. Ramiro, rey, y figura como abad Álvaro.

LVI

Jueves 6 de mayo de 1049.

[f. 6 vto.]

EN ARROYO

Sub Christe nomine. Ego Dominico Didaz ut qui per spontanea mea voluntate trado omnia mea hereditate et de meos germanos cum omnia prestancia que pertinet ad omnen rem. Et est ipsa hereditate in villa que vocitant Arrogio, cum sua prestancia ab omni integritate spontanea mea voluptate trado eam ad regula Sancta Iuliana et ad cultoribus ecclesie qui ibidem sunt morantibus et ad tibi abbate Domino Petro, ut ego Dominico Didaz et parentes vel abos meos abeamus illuminationem ante Deum. Amen. Si quis aliquis homo a disrumpendum venerit aut benefactum meum quod ego Dominico Didaz facio pro remedio anime mee et de parentum meorum qui disrumpere voluerit, et inquietare voluerit, qui talia comiserit quomodo pariet ipsa hereditate duplata vel triplata cum auri libras V.ᵃ et ad parte Imperatoris tertie D. solidos pariet. Facta

carta securitate ista die quod erit notum V.ª feria, II nonas magius, in era M.ª LXXX.ª VII.ª, regnante Rex Fernandus in Legione et in Castella, et ego Dominico Didaz in hac regula que feci volui et legendo audivi, et de manu mea + roboravi coram testis, qui ibidem roboraverunt, Gonçalvo, Felix et Petrus hic testis sumus et legendo audivimus et de manus nostras + + roboravimus, Sebastianus scripsit, fecit.

El año 1049, en que reinaba D. Fernando I, comenzó por feria I (domingo); el día 6 de mayo fué sábado, y no jueves, como dice la carta.

LVII

Sin año.

[f. 39.] TRECEÑO

Sub Christi nomine ego Petro Gontsalviz et uxor mea Sancia Didaz tradimus et confirmamus de illa forca de Trecenio usque in Sauinnane tradimus illo solare de Bovalle quantum ad uos pertinet in ipso solare ad Sancta Iuliana ab omni integritate de monte in fonte cum suas conciatas et suas defesas et suas hereditates, et eo uita Vermudiz cum filios meos Guter Fernandez et Michael Fernandez et Maria Fernandez tradimus illo solare de Bovalle ad Sancta Iuliana de illa forca de Treceno usque in Savinnane terras, pomares, comparationes que comparavi cum viro meo Fernando Didaz, defesas, exitus et regressos de monte in fonte ab omni integritate quantum ad uos pertinet, et quantas comparationes comparen meos filios tradimus et confirmamus isto solare integro ad Sancta Iuliana usque in secula.

LVIII

Jueves 1.º de marzo de 1084.

[f. 39 vto.] IGLESIA DE SAN VICENTE, EN PIÉLAGOS

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris quoque videlicet hac Filii hac Spiritus Sancti qui unus Deus trinus et verus eternus permanens in secula seculorum. Amen. Ecce nos omnes neptos de

Donno Nunno Alvariz et de Donna Tarasia id est Nunno Monnioz una cum uxor mea Donna Fronildi, et Petrus Alvariz et Donna Maior una cum viro meo Gundisalvo Petriz et Donna Geluira una cum viro meo Petro Gundisalviz, et ego Iuliano Petriz pactum testamentum facimus a Deo de illa ecclesia Sancti Vincenti cum suo terrefundus sicuti et fecimus a tibi patrono nostro, vel magistro nostro Donno Petro de sedis Sancte Iuliane, que est ipsa baselica vel ecclesia in valle de Pielagos, in certo loco in Salceto, que est ipsa ecclesia cum suo terrefundus per illu rio et per illo soto et per illa fonte de Arcellero et a Iuliane et per summa cerra, et transgredi itinere illa antiqua et ad illa penna et figes se ad illu rio infra ipsos terminos nominatos, tradimus atque concedimus eo in manus tuas ab omni integritate propter remedium animarum nostrarum vel parentum nostrorum, et ego Nunno Monnioz una cum uxor mea Donna Fronildi trado una terra cum sua pomifera in certo loco ad illa ponte ante illa ecclesia Sancti Vincenti pro termino de Petro Alvariz, et pro termino de Gundisalvo Petriz, et pro illo solar de Petro Alvariz et pro termino de Donna Urracha usque in illo rio, et in alio loco alia terra in illa vega de Cete Rodriz et alio de Vincenti Didaz, et tercio terminu de Donno Gundisalvo Petriz et usqua in flumen Pas confirmavimus atque concedimus eas ab omni integritate propter remedium animarum nostrarum vel parentum nostrorum. Et alia faça ad illu poço per terminu de Annaya Iulianiz et pro illa itinere et alia itinire antiquorum et affiget se contra flumen Pas, et tercia in alio agro in illa vega super casa de Anfonso Fannez que tiene Goto Iohannes a mampostura. Et ego Gundisalvo Petriz una cum uxor mea Donna Maior damus alia terra que comparavimus de Cidi Iohannes ferrero super illa ponte per termino de Petro Gundisalviz et alio de Donna Fronildi et de Goto Iohannes usque in illo soto. Et ecce nos omnes viros atque mulieres de Concilio de Pielagos atque de Salceto tam Infançones quam et alij plures diem iuditii timendo et penas inferni evadendo, et paradisi introiendo, sic tradimus corpus et animas nostras a Deo et a regula Sancti Vicenti sicut audivimus in evangelio dicente: date elemosina et ecce omnia munda sunt vobis. Et Iterum: thesaurizate thesauros in celo et alia plura sicut iam superius audivimus in sancta scriptura. Beatus qui legit et qui audit verba prophetie huius et servat ea que scripta sunt.

Nos quidem audiendo et inteligendo advenit nobis voluntas ut bono animo et expontaneas nostras voluntates pactum testamentum facimus sicuti et fecimus coram Deo en Sancti Vincentii a tibi patrono vel magistro nostro Donno Petro et de omnes facultates nostras id est ego Petro et ego Oro damus una façа in illa vega iusta illa serna Sancti Salvatoris, et ego Goto Martiniz dabo una terra cum una promifera in loco prenominato Varcenilla per termino de Dominico Gundisalviz et ego Citi Iohannes dabo una terra in illa plosa de Sancti Vincenti, sic tradimus atque concedimus eo quod scriptura ista resonat infra ipsos terminos nominatos illa nostra proprietate ab omni integritate. Sed si quis tamen aliquis homo qui hunc factum nostrum vel scriptura ista quam nos iam nominatos fecimus disrumpere venerit vel venerimus nos iam supradictos, aut filiis vel neptis aut propinquis nostris vel eredibus aut quibuslibet de subrogata nostra vel persona vel aliquid filii diaboli qui hanc scriptura testamenti conare vel vociferare visi tantum vindicare coram de alioquin alia iniuriam fecerit, in primis descendat super eum ira Dei et rufea celestia, et discomunicatus permaneat a sancta comunione et cum Iuda traditore lugeat penas in inferno inferiore. Amen. Et post partem ecclesie pariet eo qui talia comiserit et ereditas sicut scriptura resonat duplato vel triplato in simile tale loco cum auri libras II.^{as} et ad Imperatore tercie IIII.^{or} libras aureas pariet et scriptura ista plena abeat firmitatem usque in seculum. Facta scriptura die notum feria V.^{a}, kalendas martias, era M.ª C.^{a} XX.^{a} II, imperante Rex Adefonsus in Sedis Legione et nos omnes qui hanc scriptura fecimus legenter audivimus et de manus nostras + + coram testes Citi et Belliti hic testes sumus et de manus nostras + + roboramus, Petrus presbiter notuit.

El año bisiesto 1034 de esta carta comenzó en lunes; el día 1.° de marzo fué viernes, si el día de aumento, por ser bisiesto el año, se agrega al mes de febrero; si se agregara después del primer día de marzo, verbigracia, al fin de diciembre, resulta, como dice la carta, que el día 1.° de marzo fué feria V (jueves). Creemos que así se hacía en aquella época y que está bien la feria. (Véase nota A.)

LIX

Martes 4 de enero de 1121.

[f. 41.]

HINOJEDO

Pactum testamentum facio ego Martino Petriz et Donna Fobe Deo et regula Sancta Iuliana Virginis et ad tibi Martinus abba de corpus et de animas nostras de una terra cum sua pomifera en Quintana et est ipsa terra in Sancta Maria de Fenoleto en certissimo loco ad illo casare per termino de Martino Fes, II et III per illa itinera antiqua, quarto termino de neptos de Petro Alvarez. Infra ipsos quatuor terminos ipso solare ab omni integritate usque in finem. Si quis tamen aliquis homo, qui hunc factum nostrum disrumpere ausus fuerit, quoquomodo pariet qui talia comiserit post parte regule Sancte Iuliane ipso qui inscripta resonat duplatu vel triplatu cum auri libras II.^{as} et ad Imperatoris tertie pariet libras V. Facta carta die notu III.^{a} feria, II nonas ianuarias, era M. C. L. VIIII, regnante Rex Adefonso in Castiella, et ego Martino et Donna Fobe in hoc pactum quod fecimus legenter audivimus manus nostras + + roboravimus coram testes Citi Velliti hic testes sumus manus nostras + + roboravimus, Michael scripsit.....

LX

Sin año.

[f. 41.]

AVERIGUACIÓN DE LA SALENCIERA DE MIENGO Y CUCHIA

Hec est causa sapiendi de illa moria que abemus in illo puteo de Mengo et in vice de Cutia, sobto integro et luneiro et sabbato per ad Sancti Andres, et per ad Sancti Salvatoris, in vice de Ciella, sobto integro et luneiro et sabbato in vice de Met Seuire, medio sobto et medio luneiro et medio sabbato ad Sancti Facundi, et in vice de Melithfan medio sobto et medio luneiro et medio sabbato ita ad Sancti Facundi et ad Sancti Iohannis barcu plenu de moria ad

sexsma septimana in sabbato, et tres burciellos qui fuerunt de Ermigga in illo Mercores qui est de Met Befane. Item alia noticia de moria de Sancta Iuliana in viçe de Cutia sobto, et sabbato et luneiro, et item alio sobto, in ipsa viçi de Cutia, et in vice de Ciella, medio sobto et medio luneiro et medio sabbato, et in vice Charriaço sobto integro et luneiro et sabbato, et in vice de Pau, sobto et luneiro et sabbato, et in vice de Met Seuire medio sobto et medio luneiro et medio sabbato, et item in ipsa vice de Met Seuire tercia in sobto et tercia in luneiro et in sabbato. Et in vice de Mogro medio sobto et medio luneiro et medio sabbato, et in vice de Bedances medio sobto et medio luneiro et medio sabbato. Eo Leuneço Monioz in vice de Foras medio sobto et medio luneiro et medio sabbato. Eu Didago Braboliz de Camargo illas duas partes ad Sancta Iuliana et alia tertia ad Didago Braboliz et die sexta feria cum sua nocte semper ad Sancta Iuliana, et die sabbato barco pleno de moria, et in vice Met Bephane medio sobto et medio luneiro et medio luneiro et medio sabbato.

LXI

Sábado 19 de marzo de 1043. (?)

[f. 41 vto.]

UNIÓN DE MUCHOS MONASTERIOS CERCA DE CASTRO XERIZ

Sub Christi nomine individue Trinitatis Patris quoque et Filii videlicet hac Spiritus Sancti qui unus est admirabilis extat per nunquam finienda seculorum secula. Amen. Exiguus licet peccator atque indignus Fredinandus gratia Dei Rex prolis Sanctioni Regis et uxor mea Sanctia Regina Adefonsus Principis filia in Domino Deo Dei filio super adnixo sempiterno et veram sospitatem. Amen. Tibi ergo patrona et alumna Sancta Iuliana quorum corpus humatus est in terra asturiense in loco qui dicunt Planes, seu tibi pater Iohannes abbati cum norma monacorum qui ibidem degentium propter remedium anime nostre vel parentum nostrorum. Nos vero Deum timentes et eius misericordia sperantes ideo offerimus et concedimus sacris altaribus vestris iam supra taxatis vel vobis iam prefatis Dei cultoribus in ter-

ritorium Castro Siriz in villas prenominatas, id est ipsum Monasterium Sancti Romani de Fanux cum suos terminos et cum omnia sua prestancia, id est unum terminum de Asperiella, et alium terminum de Alvariça, tertium terminum de Fonte Taulin. Inter ipsos terminos nominatos de montes in fontes, in exitus et regressibus suis et id est una vinea de regula de sempercava, et alia vinea de regula del Gramal, et alias duas vineas de regula in Arroyo, et alias duas vineas de regula in Quetu de Monmune, et alia vinea de regula de Tavanera, et alia vinea de regula del Peral, alias duas vineas de regula de los Rovorios, et alia vinea de la parete de regula in Quintaniella de Cede, et duas vineas de regula in Aspierella, et alia vinea de regula in paco de barrio Megano, alia vinea de regula in Colobrera de Valmayore, et alia vinea de regula in Pratiellos, et alia vinea de regula que dicent del Asina, alia vinea de regula de la Monnecha, et alia vinea de la Monneca que dedit Fredinando Lopaquiz a Sancti Romani, et alias duas vineas de regula iusta limitem et tertia pars itinera antigua, et alia vinea de petrafita que dedit Petri Servandiz a Sancti Romani iuxta limitem vinea de Sancti Andree et de alia pars vinea de Citi, et de tertia pars vinea de Gutierre, et in Mamblilas una vinea et una terra que dedit Garcie Flainez, et una vinea del Valladare que dedit Ecta Morilliz, et alia vinea in Paramiello que dedit Garcie Munniz iuxta limitem de Todislo, et de alia pars vinea de Vermudo, et de tercia pars vinea de Duentalo, et alia vinea que dedit Morilli in paco de Variuelo que dicitur Sancti Christofori iuxta limitem de Iohannes Telliz, et de alia pars vinea de Megote, et tertia pars carrera que discurrit a multis locis, et in alias duas vineas quinta que dedit abba Donno Garcia, et illa una vinea est in Colobrera, et illa alia in paco de Tavanera. Et una serna que est in Arroio, et alia serna de Fonte Taulin usque in monasterium, et alia serna in Penniellas que dicitur Valcavatu, et alia serna in Pelaco de Otra. Iusta limitem terra de Sancta Maria et de alia pars terra de Amato, et tertia pars carrera que discurrit, et alia terra que est en nas Quintanas de Fontes, et alia terra que est in Val de Fonteleçina que dicitur in Valleio de Ervelas, et alia serna in Quetu de Monmine que dedit Luppi Assuriz iusta limitem terra de Falcon, et de alia pars terra de Iacob Ebreo, tertia pars carrera que discurrit et duas vineas Sol Alvariza que dedit Luppi Assuriz, et alium monasterium Sancta Ce-

cilia cum sua hereditate que est in circuitu, est illi molinum que est in Arroyo de Valdemoro VI vices in una ebdomata, et in altera ebdomada, et in altera ebdomata V vices, et de Atuendo VIII vices, et una vinea que est in Brato de Serna, et alia vinea que est in paco de Planiellos que dicitur a Sancti Pelagij, et alium monasterium qui dicitur Sancta Cecilia de Ripiella cum omnia sua hereditate, et una terra de la era, et alia terra inter duas carreras antiguas, et tercia terra de plano, et illa lacuna cum suo orto et cum suas fontes, et in prato suo portione, et una serna en na Vega de Lotra, que dicitur Alvado, et alia serna que est de Casares de Romano, et una vinea qui est in Cortes de regula, et alia vinea que fuit de Pecenniello, et alia vinea que est in Fonte Moral de regula, et alia vinea que est in prato de Serna de regula, et alia vinea que est ant villa de regula, et duas vineas in paco de Loma de regula, et in illos molinos de ripiella II vices in molino de intro in octo in octo dies, et alium monasterium de Canaleias qui dicitur Sancti Juliani cum suos terminos, I terminum pel Pelayo de la Ollilla, aliu termino carrera que discurrit de Escopar a Fenoliosa et III terminu carrera que discurrit per el vado del Melgar, et ipsa presa del vado de los molinos de Sancti Iuliani, et II molinos en Pisorga, et illum sotum ab omni integritate, et I serna en Vega de Lotra iusta terra de Assur Assuriz, et de alia pars carrera que discurrit, et III pars per Velga de illu rio, e't alia serna que dicitur de Ecta Annayaz, e't alia serna que dicitur la Quintana, e't unum molinum integrum que est in Ecopar, in Lotra, et II vineas de Escopar de regula, et alias II vineas in paco de Pe'tresa que dicitur de la Puente, et alium monasterium que dicitur Sancti Cipriani cum suos terminos, id est I terminum de Collatiello carrera que discurrit pora Palencia, alium terminum de Val de Alar, III terminu de Val de Centollo, IIII terminum del Cerral de super illas covas, et unum molinum in Requexu in rio qui dicitur Pisorga, et III portiones in illo sotu, et una serna que est in Portilla de regula, et alia serna que est in Votear de regula, et alia serna de Fonte putia de regula, et una vinea de la solana de regula, et alia vinea super casa, et alia vinea maior del Votear de regula, et II vineas in paco de Cannamares de regula, et II vineas in paco de Valbonielle de regula, et alia vinea in paco de Penniellas cum sua defesa propria. Et sit concedimus vobis iam dictis ipsos monasterius superius

memoratos ad ipsos sacris altaribus iam prefatis cum quantum pertinet, et cum omnia sua prestancia cum exitus vel regressibus suis, et cum quantum ad ipsos monasterios pertinet ubique potueritis invenire. Et vetamus de ipsos monasterios merinos et iudices atque sayones per aliquum deuictum aut pro aliqua facinora. Id est pro omicidio, aut per furtum, aut pro fornicatio, aut pro labore ad Castellum, seuque per fosatum vel ad nuba, iure et potestate non habeant in Sancta Iuliana, et dictos non den portaticum, ut ex inde abeant servus dei temporale subsidium et nos apud Deum remissio peccaminum. Sic rouorauimus adque confirmauimus ego Fredinandus Rex et Sancia Regina ut de ista scriptura firma et stabilis permaneat omnibus diebus vite nostre sibi post obitum nostrum. Et si est aliquis homo de genere nostrum filiis, neptis atque bisneptis, sibi propinquis vel extraneus aut subcensoribus nostris qui hunc factum nostrum disrumpere voluerit a Mater Ecclesie alienus permaneat, et locum penitentie non inveniat. Sed vivens in corpore duabus careat luminaris a fronte, et post discessum corpus non sepelliatur cum ceteris christianis, nec spiritus illius societur cum electis Dei, sed cum Iuda traditore lugeat in eternam dampnatione, et per dampnum huius seculi persolvat ad partem huius ecclesie ipsius monasterii cum omnia sua prestantia dupplatur vel tripplatur, et insuper talentum quinque, et post hec hunc nostrum testamentum firmis permaneat. Facta cartula testamenti confirmationis die sabbato, XIIII kalendas aprilis, era M.ª XXX.ª I.ª, ego Fredinandus gratia Dei Rex et Sancia Regina qui hunc testamentum fieri iussimus et manus nostras signum impressimus. Bernardus gratia Dei Episcopus in Sedibus Palentinensis confirmat, Ciprianus Dei misericordia in Sedibus Legionensis confirmat, Petrus Episcopus in Sedibus Burgensis confirmat, Comes Fredinando Flaginiz confirmat, Monnio Adefonso Comes confirmat, Assur Didaz Comes confirmat, Gutierre Adefonso Comes confirmat, Gomez Didaz Comes confirmat, Flagini Fredinandiz Comes confirmat, Flagino Roderiquiz Comes confirmat, Didaco Monnioz confirmat, Comes Gundisalvo Munnioz confirmat, Donno Nunno Alvarez confirmat, alium Nunno Alvarez confirmat, Loppe Furtunioniz confirmat, Ruderigo Vermudiz confirmat, Furtuni Alvarez confirmat, Munnio Godestioz confirmat, Gundisalvo Rodriz. confirmat, Nunno Gundisalviz confirmat, Alvaro Munniz confirmat, Garcia Gu-

tierrez confirmat, Petrus Nunniz confirmat, Beila Rodriz confirmat, Fredinando Rodriz confirmat, Gundisalvo Rodriz confirmat, Guterre Gundisalviz confirmat, Alvaro Rodriz confirmat, Citi Hanniz exaravi, manu mea feci.

Es inadmisible la fecha o año 993 que da el Cartulario, puesto que firman el rey D. Fernando y su esposa D.ª Sancha.

Dice la carta que el día 19 de marzo era sábado. El año 1043, que comenzó en feria VII (sábado), cumple la condición de ser sábado el 19 de marzo, y era rey D. Fernando. Es de creer que en la fecha se olvidara escribir una L, con cuya adición resulta la era M(L)XXXI, equivalente al año 1043, que proponemos.

Se dice en la carta que eran obispos entonces en Palencia Bernardo, Cipriano en León y Pedro en Burgos.

Don Bernardo fué obispo de Palencia desde 1036; D. Cipriano, en León, desde 1040 a 1057; D. Pedro, en Burgos, no coincide con las fechas que asigna Flórez *(España Sagrada,* tomo XXVI) al primero de este nombre (1001-1024) ni al segundo del mismo nombre (1139-1146).

El P. Sota, en su *Crónica de los Principes de Asturias,* publicó este documento en los Apéndices (escritura 20), y en la fecha pone era MLXXXI, o sea año 1043.

El mismo P. Sota publicó *(Crónica,* pág. 649) un privilegio en favor de Santillana, del año 1045, en el cual firman los obispos de Palencia y de León, respectivamente, Bernardo y Cipriano.

LXII

Sábado 7 de marzo de 1103. (?)

[f. 44.]

CAMBIO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris quoque videlicet hac Spiritus Sancti qui unus et admirabilis extad per numquam finienda semper secula seculorum. Amen. Ideo ego Roderico Monioz et uxor mea Tarasia cum omni bona nostra placentia que fecimus inter nos cum tibi Petrus abba et congregatio clericorum vel fratrum prenominatis de ipsis Iohannes prior et alio Iohannes et Petrus magister vel ceterorumque vel fratrum placuit nobis et nobis per expontaneas nostras volumptates ut concombiavimus vel comutavimus terras per terras cum suis pumiferis vel ceterarumque arbuscula que abemus nostras proprias in territorio asturiensium. Damus nobis

Roderico Monioz et uxor mea Tarasia ad vobis Petrus abba cum cuncta omni congregatio vestra ipsas hereditates cum cuncta eius arbuscula que abemus in villa Orennia secundum iuri nostro tenemus ab integrum extra illa tertia parte que es del Comite Gomez Guntesalvez, et sic quomodo fuit de nostros parentes. Sic damus illo illas II tertias et que iure meo est totum ex integrum vobis concedimus, sive terras, sive pumiferas, sive defesas, pratis, pascuis, padulibus, molinos cum aqueductile suos exitus vel regressus, de monte in fonte cum omnibus adjunctionibus qui ad ipsas hereditates pertinent intus et foris per suis terminis et locis antiquis per ubique suo directo de ipsas hereditates potueritis invenire vobis per cartula concambiationis damus atque in scriptura confirmamus ab omni integritate. Proque accepimus de vobis iam supradictis Petrus abba cum cuncta eius congregatio vestra in concambio per ipsas terras alias terras in territorio de valle Toranzo in villa que vocitant Igras cum suarum arbuscula ab omni integritate quod nobis et vobis bene complacuit et voluntas fuit, et afirmavimus inter nos negotium vel mercatum stabile per semper. Ita ut de odie die vel tempore de iuri meo egressas ipsas hereditates et in iuri nostro egressas ipsas hereditates et in iuri vestro sic traditas atque confirmatas abeatis potestatem in Dei nomine, stantem et permanentem huius scriptura concambiationis in omni robore et perpetua firmitate facimus permanere, ut unusquisque quod accepit suum ita firmiter obtineat. Si quis tamen, quod fieri minime credimus, aliquis homo de pars nostra ad parti que vestre ad inrumpendum venerimus, tam nos quam qui post nos advernerit sive Regi, vel Potestas, quam populorum universitas quisquis ille fuerit qui talia comiserit, tunc pariet vobis ipsas terras cum cuncta sua arbuscula in duplo vel triplo in similem tali locum, et insuper aure talentum quinque et scriptura terras fusa firmiter permaneat evo perhenni et secula cuncta. Amen. Facta carta vel scriptura concambiationis die notum sabbato, nonas marcius, era M. C. XI, Adefonsus Imperator Spaniarum Regni regnante in cives Toletane et Legione, et in aliis multis cum coniuge sue Elisabet sub Christi auxilio, ego Roderico Monioz et Vermudo Rodriz, et Monio Rodriz Imperante Camesa, et ecce nos Roderico Monioz et uxor mea Tarasia in hac carta concambiationis que fieri elegimus, et relegendo cognovimus, manus nostras roboramus + + coram

testes Cidi et Vellidi, hic testes sumus, legente audivimus et manus nostras + + roboravimus, qui presentes fuerunt. Iohannes abba de Castanneta conf., Aufonso Hanniz conf., Alvar Rodriz conf., Migael Asuriz confirmat, Guntsalvo Ertez confirmat, Guntsalvo Petriz confirmat, Petru Guntsalvez confirmat, Rodrico Hectar confirmat, omnes de Orenna confirmant, Martinus titulavit hec fecit.

Esta carta no puede ser del año 1073, pues dice que imperaba D. Alfonso en Toledo y que su esposa era Isabel. Si en la era MCXI la X valiera 40 unidades o llevara el rasguillo característico, resultaría el año 1103, y en esta fecha se verificó que el día 7 de marzo fué sábado. Creemos que el amanuense hizo la copia olvidándose del rasgo de la X. En el año así corregido vivía la reina D.ª Isabel (1099-¿1107?).

LXIII

Domingo 12 de agosto de 1106. (?)

[f. 45 vto.]

EN VILLAFLEGA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris videlicet hac Spiritus Sancti qui unus et admirabilis extad per nunquam finienda secula. Amen. Ego etenim Salvator Iohannis qui sum quodam parentum meorum Iohannes et Azenda pro animabus suis et pro remedio anime mee penas inferni pauendo et paradisum conquirendo fatio expontanea mea voluptate regula vel pactum tradictionis a Sancte Iuliane Virginis, cuius baselica fundata est in patria Asturiensis, et ad tibi abba Petro et ad collegio monacorum qui ibidem serviunt, ut ego abeam protectores, et a Deum semper rogatores. Amen. Ego iam dicto Salvator Iohannes do et concedo una terra vel serna in villa Afflega ubi vocitant Villanova et in predicto loco a Figares et est ipsa terra vel serna per illa itinere antiqua que discurre ubique, et per illum arogium et per illa itinere antiqua que discurre a Castannare, et IIII terminum de Monio Assuriz que istos terminos includent tam scalidatum quomodo per scalidare concedo ad regula Sancte Iuliane Virginis ab omni integritate et a cultoribus qui ibidem serviunt et qui ibidem abitaverint do et concedo uias per meas terras adaurire aqua et pascuis in exitus vel regresitus

usque in litore maris de odie in die de iure meo abterso, et ad regula Sancte Iuliane Virginis fiat confirmatum. Si quis tamen aliquis homo qui contra benefactum meum disrumpere voluerit, aut contemptor steterit quislibet honio aut vel posteritas mea qui contra regula Sancte Iuliane Virginis comptentor extiterit in primis descendat super eum ira Dei et discomunicatus fiat a sanguine Christi et in die iuditii in eterna dapnatione abeat parte cum Iuda traditore, et super hanc parie ipsa ereditate cum duplo vel triplo et auri libras V. et ad Imperatoris tertie D solidos parie. Facta regula testamenti ista die notum Dominico, II idus augustus, era M. C. X. IIII, regnante Rex Anfonsus in Toletola, et in Leone, et in Castella, et ego Salvator Iohannes in hac regula que feci volui et legendo audivi, et de manu mea + roboravi, coram testes Petro et Martino, hic testes sumus et legendo audivimus et de manus nostras + + roboravimus. Martinus notuit.

Esta carta no puede ser del año 1076 que vemos en su fecha, pues aun no había Alfonso VI conquistado a Toledo, ni en esta fecha fué domingo el día 12 de agosto. Si la X tuviera el rasgo que la hace valer 40, resultaria el año 1106, en el cual el 12 de agosto fué domingo, y ya el rey Alfonso podia titularse rey de Toledo. Creemos que en la carta primitiva se leería era MCXᴸIIII, o sea año 1106.

LXIV

Jueves 9 de septiembre de 1025.

[f. 46.] EN IGOLLO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, vel abbatibus, presbiteris et diachonibus, clericis atque omni populo christiano fidelissimo Deum timentibus et in regule sancte consistentibus. Ego quidem Donna Eylo, licet indigna, timore compunctu, diem iuditii timendo et portas inferni evadendo, et ianuam paradisi introiendo sic pro me quam etiam de viro meo Vellidi Monioz pactum vel testamentum tradictionis facio a Deo et a regula Sancte Iuliane Virginis, et ad abbati Donno Iohannes, de illas casas cum sua ecclesia qui sunt in villa Egollo in territorio de Camargo, sive casas quam et orreos et lagares et cellarios, curtes, quam etiam

cunctis tectibus, sive terras quam pumiferas, defesas, pratis, pascuis, padulibus, felgarius, molinos cum aqua ductiles suos in rivo de Vezaniella, exitus vel regressitus, et hereditatem cum omni pumifera que comparavimus de Omeccho Monioz vel que hedificare potuimus, qui est per terminu de neptis de Cetij et per illa itinera antiqua que discurrit ad villa Egollo, et per miere de omines de Egollo et per illa itinere que discurrit ad illo monte et ad ripas et terminum de Nuno, et por coba maiore, et per illa penna de Miratorio, et revertit se ad terminu de neptis de Cecij, et pumare cum suo terrefundus iusta terminu de omines de Egollo et terminu de Nunu, et terminu de Sancta Cruce, et terminu de Ciezo, et per illa via et per terminu de Ulalio, et include illa fonte cum suos felgarius, et est in loco ubi Caudelio, et alio pumare in miere de Coto, ubi dicent Felgario, per terminum de Cidi Martiniz et de Iuliana. Infra ipsos terminos ipsa hereditare cum sua arbuscula vel quod superius resonat intus et foris per cunctis suis terminis et locis antiquis per ubique suo directo invenire potueritis per cartula damus atque in pactum confirmamus ab omni integritate, ut nullus homo ad laicale parte revertere presumat. Si quis tamen aliquis homo ex progenie nostra sen extraneis qui hunc testamentum vel scriptura ista disrumpere quesierit sive regi vel potestas, quam populorum universitas, quisquis ille fuerit, qui talia comiserit post parte de regula Sancta Iuliana, in primis ira Dei Patris Omnipotentis descendat super cum et discomunicatus permaneat de fide Christi, et cum diabolis abeat parte in eterna damnatione. Amen. Et pariet quantum duplato ibidem loco, cum C, solidos, et ad Imperatoris tertie auri libras VI. Facta scriptura ista die V.ª feria, V idus septembris, era M. LX. III, regnante Anfonsus in Legione, et Comite Garsea in Castella et in Asturias. Et ego Donna Aylo hoc testamentum que fieri elegi, volui et legente cognovi et manu mea + roborabi coram testes: Sonna presbiter et Ermigildus hic testes sumus et manus nostras + + roborobimus.

El P. Sota *(Crónica,* pág. 645) publicó esta escritura.

LXV

Jueves 27 de diciembre de 1128.

[f. 47.]

EN TONNANES

Sub Christi nomine. Ego Gutierre Petriz et uxor mea Oria, ut non per metum neque per turbatu sensu sed pro expontanea nostra voluntate placuit nobis ut vindivimus ad tibi Martinus abba sedis Sancte Iuliane nostra hereditate que habemus in villa que vocitant Tonnanes cum totas suas divisas que ad nos pertinent sexma portione in illa medietate et illa sexma portione ab omni integritate et ratione in illo monasterio cum sua ecclesia et cum sua hereditate ab omni integritate quantum ad mihi Gutierre et ad uxor mea Oria pertinet in terras, pumares, in defesas, felgarios, sernas, pratis, pascuis, et mea ratione in illo molino de rio que dicunt Pellar in aquis aquarum, vel in sedicas molinarum quantum pertinet in montes, in fontes, exitus et regressus ab omni integritate vindivimus per que accepimus precio de tibi Martinus abba per ipsa hereditate cum sua divisa et cum sua ecclesia uno cauallo pro colore morciello, et II bobes de quinque, quinque modios in sub uno valente D solidos nostrum precium complitum, quod inter nobis bene complacuit, et ad tibi Martinus abba debitum non remansit pro dare nec ad vobis Gutierre et Oria iure in ipsa villa Tonnanes pro iurificare, ut de odie die de iure nostro sit egressum, et in iure de tibi Martinus et in regula Sancta Iuliana fiat traditum atque confirmatum, el adfirmavimus inter nos negotium emptionis stabile per semper. Si quis tamen aliquis homo, quicquid fieri minime credimus, tam nos quam aliquis ex nostra proienies vel extranea hac nostra scriptura infringere voluerit, quisquis ille fuerit qui talia comiserit quomodo, pariet istud qui in hac carta resonat duplatum vel triplatum cum auri libras III et ad Imperatoris tertie pariet auri libras V, in simile tale loco. Facta carta die nota V.ª feria, VI kalendas ianuarii, era M. C. L. XVI, regnante Rex Adefonso in Toleto et in Legione. Et ego Gutierre et uxor mea in hanc carta que facimus legendo audivimus manus nostras + + roboravimus coram testis Michael et Petrus hic testis sumus manus nostras + + roboravimus, Michael notuit.

LXVI

Viernes 11 de agosto de 1122.

[f. 47 vto.]

MONASTERIO DE SANTA MARIA E'N TRECEÑO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, presbiteris et diaconibus atque omni propulo christiano Deum timentibus et regule sancte consistentibus. Ideo ego Pelagio Assuriz et uxor mea Oro pactum vel testamentum tradictionis facimus Sancte et fecimus Deo et regule Sancte Marie Virginis vel quorum reliquie que ibidem recondite sunt in villa Trecennio, et ad tibi abbati nostro Petrus corpus et animas nostras tradimus et uno pumare cum suo terrefundus en villa Trecennio en certissimo loco en Sancti Petri per termino de Iohannes Petriz, secundo termino de Sancti Petri, tertio termino pro illo rio de la Tavierna, quantu terminu per illa itinera antiqua, infra ipsos quatuor terminus ipsa terra cum sua pomifera, ab omni integrate usque in finem seculi, ut abeatis ex inde fratribus et presbiteris tolerationem, et ego Pelagio et Oro damus ipso pumare ad tibi abba Petrus et ad regula Sancte Marie pro animas nostras et pro animabus de parentorum nostrorum Annaya Vellitiz et certe damus ipso pumare usque in finem seculi. Si quis tamen quod fieri minime credibus tum nos quam aliquis ex nostra proienies vel extranea, quisquis ille fuerit qui talia comiserit, aut qui regula ista infringere tentaverit, qui hoc fecerit, in primis sit maledictus et descomunicatus usque in septimam generationem cum Datam et Abirone cum Symone Mago el Nerone et Iuda Domini traditore cum diabolo et angelis eius luat in inferno inferiore et super inde pariet istud quod in hac carta resonat duplatum vel triplatum cum auri libras III, et ad Imperatoris tertie pariet libras V.^{r}. Facta carta die notu VI.ª feria, III idus augusti, era M. C. LX, regnante Rex Adefonsus Pampolonense in Castella. Et ego Pelagio et Oro in hac carta que fecimus volumus et legenter audivimus manus nostras + + roboravimus coram testes. Citi Villiti hic testes sumus manus nostras + + roboravimus, Michael notavit.

LXVII

Viernes 7 de mayo de 1088.

[f. 48] SENTENCIA SOBRE LA IGLESIA DE SAN PEDRO DE MESIECOS

In presenctia de Salvator Iohannes et de Petro Annayaz et de Monio Didaz et de Martino Annayaz et de Pelagio Petriz vel de aliorum multurum bonorum ominum de concilio de Afleca facta fuit intencio inter nos iam nominati. Et tu Michael Flainez per illa ecclesia de Sancto Petro de Villanova in certissimo locum qui vocitant Mesiecos. Et dicebas tu Michael Flainiz quod illa ecclesia de Sancto Petro que fuerat de Comiti Gonsalvo Froilaz et posuit ea cum ipsas casas que abuerat in predictum locum quod vocant Castaniare et quod posuerat ipsa ecclesia cum ipsas casas a regula Sancta Iuliana, et nos respondimus vox nostra cum superbia et audacia diaboli et cum fallacia qui est pater mentiarum, et aprendimus iuditium in illa ponte de Capeçone de Vermudo Rodriz in tempore, Anfonsus Rex, et iuditium nominatum que iurases tu Michael Flainez cum tale quomodo Salvator Iohannes que el Comite Gonçalvo Froilaz posuerat ipsa ecclesia iam dicta a Sancta Iuliana. Et nos iam dictos omines de concilio de Sancto Petro agnovimus in veritate et cognovimus iusticia que tenebas tu Michael Flaniz, et non fecimus tibi iurare et dimissimus ipsa ecclesia libera et absoluta in secula seculorum. Amen. Si quis tamen aliquis ad disrumpendum venerit vel venerimus nos qui hanc persulutionem nominati sumus aut posteritas nostras qui divulcaverit iuditio aut contemptor suscitaverit, aut qui talia comisserit quomodo pariet ipsa ecclesia duplata cum suos dextros et cum sua prestancia, vel triplata cum auri libras VIII, et ad Imperatoris tertie CCCC, solidos pariet. Facta carta persolutionem ista die quod erit notum VI.ª feria, nonas magias, era M. C. XXVI. Rex Anfonsus in Legione et Castella atque in Toletola. Et nos iam dictis in hac solbutione que fecimus et legendo audivimus et de manus nostras ✝ ✝ roboravimus coram testes Citi Velliti testes sumus

et legendo audivimus et de manus nostras + + roboravimus, Michael notuit.....

El día 7 de mayo del año 1088 (bisiesto) fué domingo, o sábado, según que agreguemos el día de aumento al mes de febrero o después del día 7 de mayo. En el año 1087 se cumple la condición de ser viernes el día 7 de mayo.

LXVIII

Martes 22 de agosto de 1105. (?)

[f. 18 vto.] UNIÓN DE LA IGLESIA DE TRECEÑO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris videlicet et Filii et Spiritus Sancti, qui unus et admirabilis extad per numquam finienda secula seculorum. Amen. Ideo ego Hecta Rodriz una cum filio meo Rodrigo Hectaz pactum vel testamentum facimus Deo et regula Sancte Marie Virginis et ad tibi abbati Petro de uno solare cum casas et con orreos et cum toto suo edifitio que habemus in territorio de Trecenio certissimo loco en na ferrane terras et pumares, exitus et regressus de monte in fonte ab omni integritate et ratione in illo puteo cu suo solare ibidem en Treçenio et en Vegas mea hereditate, en Aquigare nostro pumare cum suo terrefundus en Sancto Stephano una terra cum sua pumifera nostra portione, et en na vega de Bovalle nostro pumare cum suo terrefundus ab omni integritate cum quantum ad nos pertinet in villa Trecenio. Sic tradimus ego Hecta Rodriz una cum filio meo Rodrigo Hectaz Deo et ad regula Sancte Iuliane et Sancte Marie et ad tibi abbati nostro Petrus, ut nullus ad laycale ordo ausus non sedeat dare, sed ad servos Dei et Sancte Iuliane abeat inde tolerationem et nos de peccatis ante Deum remissionem. Amen. Si quis tamen quod fiere minime credimus, tam nos quam aliquis ex nostra proienies vel extranea hac nostra scriptura infringere temptaverit quisquis illi fuerit qui talia comisserit in primis sit maledictus et excomunicatus usque in septima generatione cum Datam et Abirone cum Symone Mago et Nerone, et cum Iuda Domini traditore cum diabolo et angelis eius luat penas in inferno inferiore, et super inde pariet istud quod in hac carta resonat dupla-

tum vel triplatum cum auri libras V.° et ad Imperatoris tertie pariet auri libras VII. Facta regula testamenti die notu III.ª feria, XI kalendas septembris, era M. C. XIII, regnante Rex Adefonso in Legione et in Toletola, et in Castella, et ego Hecta Rodriz una cum filio meo Rodrigo in hac regula que fecimus volumus legendo audivimus manus nostras + + roboravimus coram testes Citi Velliti hic testes sumus manus nostras + + roboravimus, Michael notavit.

En esta carta, como en la LXII, creemos que debe enmendarse la fecha (martes 22 de agosto de 1075), pues en este año no fué martes el 22 de agosto, ni tampoco el rey Alfonso había conquistado a Toledo.

Suponiendo que la X tenga el rasgo para valer 40, diría era MCX'III, o sea año 1105, en el cual fué martes el día 22 de agosto, por haber comenzado el año en feria I (domingo), y hacía ya veinte años que Alfonso VI había conquistado a Toledo.

LXIX

Sin año (1111 a 1157).

[f. 49.] HERMANDAD Y DONACIÓN EN CABUÉRNIGA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris videlicet et Filii et Spiritus Sancti qui unus est admirabilis extad per numquam finienda seculorum secula. Amen. Ego Martin Vermudez una cum uxor mea Maria pactum vel testamentum facimus Deo et regule Sancte Iuliane Virginis et ad tibi abbati Donno Martino, in primis tradimus nos medipsos cum quantum abemus et damus nostras casas en Alfoz de Chaornega in loco pronominato en Varcenilas de suso que comparavimus de meo avere, concedimus illo cum casas, et orreos, abdegas, tectis, pratis, pascuis, padulibus exitus vel regressitus et cum suos aquaductiles et per suis terminis et locis antiquis terras et pumares de monte in fonte ab omni integritate, et in alio loco en na Mason ubi dicitur Quintanila damus nostras casas cum suis tectis et cum totas suas hereditates et per totis suis terminis de monte in fonte ubique potueritis invenire ab omne integritate. Et ego Martinus simul cum matre mea Donna Maiore damus in alio loco in territorio de Campo in illa villa de Sotu nostras hereditates et de nostros iermanos, que abemus de parentum nostrorum et de nostras comparationes, que tenemus et uirificamus, damus illo de

monte in fonte ab omni integritate. Sic tradimus atque concedimus ego Martin Vermudez una cum uxor mea Maria et mea Mater Donna Maiore corpus et animas et quantum que superius resonat Deo et post parte regule Sancte Iuliane et ad tibi abbas Martinus et ad servis Dei qui ibidem serviunt diebus ac noctibus, ut inde abeat tolerationem, et nos ante Deum remissionem.

Esta carta es del siglo XII (1111 a 1157), de tiempo de alguno de los dos abades llamados Martín.

LXX

Viernes 31 de marzo de 1113.

[f. 49 vto.]

UNIÓN DEL MONASTERIO DE SAN FELICES DE CAOBRECES

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris videlicet et Filii et Spiritus Sancti qui unus et admirabilis extad per numquam finienda seculorum secula. Amen. Ecce nos omnes eredes nominati Pelagio Godestioz et uxor eius Donna Mayore, damus atque concedimus una cum nostros eredes Deo et regula Sancte Iuliane Virginis et ad tibi Martinus abba una cum clericorum qui ibidem serviunt diebus ac noctibus concedimus per anime nostre et per animarum parentorum nostrorum nostro monasterio Sancti Felicis, qui est situ in villa Chaoprices. Damus illo cum totas suas ereditates que pertinent ad ipso monasterio et per suis terminis et per termino de Luanna et per terminu de penna Chamin et per terminu de Arciletu, et per illa penna del Mare, nos omnes eredes nominati Pelagio Godestioz et uxor eius Donna Maiore. Damus ipsa nostra parte et illo que fuit de Oviecho Gutierrez et de Nunno Veilaz et illo que fuit del Pinu et de meos parentes, et ego Munio Citiz et Michael Iohannes et Guntsalvo Godestioz et Michael Godestioz medietate de illo filios de Monnio Didaz, Cit Annayaz Nun Didaz, filios de Godestio Petriz, Nun Godestioz, et ego Oro mugier de Martin Annayaz do ipsa mea parte et de meos germanos, damus illo atque concedimus sicut superius resonat pro suis terminis et suis prestantijs, exitus vel regressitus de monte in fonte, ubique potueritis invenire, quia ad ipso monasterio

pertinet ab omni integritate. Sic tradimus nos omnes in unum nominati Deo et regule Sancte Iuliane et ad tibi abba nostro Martino, ut nullus ad laicale ordo ausus non sedeat dare, sed ad servos Dei, ut inde abeant tolerationem, et nos ante Deum remissionem de peccatis nostris. Amen. Si quis tamen aliquis homo, qui hunc factum nostrum vel scriptura ista quem nos iam nominatos fecimus disrumpere quesierit tam nos quam filiis aut neptis, aut de subrogata nostra persona, qui talia comiserit, sit maledictus et excomunicatus et super inde pariet ipso monasterio, sicut superius resonat, duplato vel triplato in simile tale loco cum omni suo ornamento post regule Sancte Iuliane cum auri libras duas et ad Imperator tertie auri libras quatuor, et scriptura ista firmis fiat. Facta scriptura die VI.ª feria, II kalendas aprilis, era M. C. LI, imperante Rex Adefonsus in Legione. Et nos omnes qui hanc scripturam fecimus legenter audivimus et de manus nostras + + roboravimus coram testes Citi Veliti hic testes sumus et de manus nostras + + roboravimus: Donna Maiore, Gostio Gostioz, D.º Monnioz, G.º Petriz, Pedro Didaz, Michael Gomez, Petrus Cidiz, Martin Martiniz, Didago Martiniz, Martin Ferro, G.º Martiniz, Petrus Martiniz, Petrus Moro, Petrus Alfonso, Iohannes Petriz, Michael Nunniz, Petrus Petriz, G.º Alfonso, et suos iermanos.

El año 1113 comenzó por feria IV (miércoles); el día 31 de marzo fué lunes, y no viernes, como dice esta carta.

LXXI

Miércoles 15 de febrero de 1098.

[f. 50 vto.]

UNIÓN DEL MONASTERIO DE SANTA MARÍA DE TRECEÑO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus, presbiteris et diaconibus atque omni populo christiano Deum timentibus et regule sancte consistentibus. Ideo ego Belasquita pactum vel testamentum traditionis facio Deo et Sancta Iuliana Virginis vel quorum reliquie qui ibidem sunt recondite in villa Planes, et ad tibi abbati meo Petrus trado vel concedo ego supradicta

Belasquita Donna corpus et anima mea simul cum meo monasterio proprio Sancta Maria de Trecenio ex integrum offero et regula facio Deo et Sancta Iuliana, simul cum illa hereditate, que fuit de Donno Assur Gunsalvez, que comparavi ego Belasquita in Salinas et in Bovalle de monte in fonte ab omni integritate, et dedi pro ipsa hereditate proprio meo monasterio, que vocitant Sancto Iohanne de Capeçone, sic trado ista hereditate quomodo et illo monasterio Sancta Maria, ut de hodie die firmiter illo abeat per regula ista Sancta Iuliana usque in finem seculi, ut habeant ex inde fratribus vel presbiteris tolerationem, et ego Belasquita de peccatis meis ante Deum remissionem. Si quis tamen aliquis homo quod fieri minime credo, ego Belasquita aut aliquis ex proienie mea, quisquis fuerit qui hunc pactum inrumpere voluerit, in primis descendat super eum ira Dei omnipotentis, et excomunicatus permaneat, et pro temporali pena pariet ipse homine diabolicus post parte regula Sancta Iuliana duplatu vet triplatu cum auri libras III, et ad Imperatoris tertie pariet auri libras V.ᵉ. Facta carta et regula die IV.ª feria, XV kalendas marcias, era M. C. XXXVI, regnante Rex Adefonsus in Legione et in Toleto et in Castella. Et ego Belasquita in hac regula que feci legenter audivi et manu mea + roboravi coram testes Citi Velliti hic testes sumus manus nostras + + roboravimus, Michael notuit.

El año 1098 comenzó en feria VI (viernes); el día 15 de febrero no fué miércoles, como dice esta carta, sino lunes.

LXXII

Miércoles 15 de febrero de 1116.

[f. 51.]

EN HELGUERA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus, presbiteris et diachonibus atque omni populo christiano Deum timentibus et regule sancte consistentibus. Ideo ego Cete Donna pactum vel testamentum tradictionis facio sicut et fecit Deo et regule Sancta Iuliana Virginis vel quorum reliquie qui ibidem sunt recondite in villa Planes et ad tibi abbati meo Martinus trado

et concedo ego supradicta Cete Donna corpus et anima mea simul cum medietate de meo solare dono ad filia mea, et sedeat semper de Sancta Iuliana cum suo solare medio et si noluerit sedere de Sancta Iuliana, ego integrum concedo et ofero ad Sancta Iuliana casas et orreos, terras et pumares, torcularia, curtes, cupas, pratis, pascuis, pandulibus, felgarias, exitus et regressus de monte in fonte cum quantumque ad ipsum solare pertinet ab omni integritate in villa prenominata, id est Felguera, ut de hodie die firmiter illo obtineatis post parte de regula Sancta Iuliana usque in finem seculi, ut habeatis ex inde fratribus vel presbiteris tolerationem, et ego de peccatis meis remissionem. Amen. Si quis tamen aliquis homo, quod fieri minime credo, Cete aut aliquis ex proienie mea, aut aliquis libet homo, aut regi vel potestas qui hunc factum meum inrumpere voluerit, in primis descendat super eum ira Dei omnipotentis, et rufea celestis, et excomunicatus permaneat ad sacro sancta comunione, et cum Iuda traditore habeat partione in inferno inferiore, ubi nulla est remissione et pro temporali pena pariet ipse homine diabolicus qui talia comisserit post parte regula Sancta Iuliana quantum ausus fuerit conatus inrumpere duplatum vel triplatum, cum auri libras II, et post parte Imperatoris tertie pariet auri libras V.^{e} et scriptura testamenti ipsius non rumpetur, sed firmis et stabilis permaneat in perpetuum viviturum. Factus vel scriptus est testamentus istius die IIII.^{a} feria, XV kalendas marcias, era M. C. L. IIII, regnante Regina Donna Urracha in Legione et in Toleto atque Castella, et ego Cete Donna in hac regula que feci volui, legendo audivi manum meam + roboravi coram testes Citi Velliti, hic testes sumus manus nostras + + roboravimus, Michael notuit.

El año bisiesto 1116 comenzó en feria VII (sábado), y el día 15 de febrero fué martes, y no miércoles, como leemos en este documento. Es de creer que escribiera el amanuense IIII^{a} feria en vez de III^{a} feria.

LXXIII

Sin año (1056). (?)

[f. 51 vto.] [HELGUERA]

Et sub inde facimus captum Iuliana Petriz con meo marito Martin Castellano a vos abbate D^{n} Antolino, et ad vos seniores Sancte Iuliane trado isto medio solare de Felgera de Cete Donna ad Sancta Iuliana con meo foro V fogaças I carnero, et alio medio solare que es de Sancta Illana quel tenga en prestamo et non facio alio foro, nin erecha nin pedido, nin sayone que non entre en suo solare, et si abbate de Sancta Iuliana facio contraria quel saque de foro que non queria endereçase, vadean con mea hereditate ab infetriam con la media, et alia media remanesca en Sancta Iuliana. Et sim ir quisiero remanesca toda la hereditate en Sancta Iuliana et non fagan nulla contraria.

En la carta VIII, del año 1056, figura el abad Antolino, como en esta LXXIII; de modo que ambas deben ser de la misma época.

LXXIV

Sin año.

[f. 52.] IGLESIA DE SAN PEDRO DE PADILLA DE SUSO

In Dei nomine et eius gratia ego Philip Monioz do et concedo illa ecclesia Sancti Petri de Padiella de suso cum suo orto et cum suos exitus et suas entradas, et do una terra en cabo de villa de una pars illa carrera de Padiella de iuso, et a multis locis, et de alia pars terra de Sancti Iohannis de Raiçedo et de una serna en Val de Menee della, et della pars assi como las aquas vierten, et de quantum abeo in Padiella terras, vineas.

LXXV

Sábado 18 de mayo de 1127.

[f. 52.] COMPRA DE HACIENDA EN ARCE

Sub Christe nomine et individue Trinitatis. Ego Roderico Gundisalviz Comes, ut non per metum neque perturbatum sensum, sed spontanea mea voluntate trado atque concedo Deo et regula Sancte Iuliane illa mea hereditate de Arce con casas et orreos et con quantum ibi mihi pertinet ab omni integritate per quantum accepi precio decem marcos de plata de tibi abbas Donnus Martinus sedis Sancte Iuliane et de vestra congregatione quantum nobis bene complacuit, pretium et datum pro ipso solare de Arce que fuit de Petro Didaz cum sua divisa, et cum sua tota hereditate de monte in fonte ubique potueritis invenire ab omni integritate. Et est ipsa hereditate iusta Sancte Marie de Arce certissimo loco in Solerana. Et afirmamus inter nos negotium contemptionis stabile permaneat semper. Si quis aliquis homo qui contra hunc factum nostrum inrumpere voluerit qui talia comiserit quomodo pariet istud qui in hac carta resonat duplatum vel triplatum in simile tale loco cum auri libras IIII.^{or} et ad Imperatoris tertie pariet VI libras auri. Facta carta die notu sabbato, XV kalendas iunias, era M.ª C.ª LX.ª V.ª, regnante Rex Adfonsus neptis, Adefonsus Regis Principis in Legione et in Toleto et in Castella. Et ego Roderico Comes in hac carta que feci legendo audivi manu mea + roboravi coram testis, Petrus et Iohannes hic testes sumus manus nostras + + roboravimus, Roderico Gundisalviz + confirmo, Roderico Petriz + confirmo, Garcia Ferrandiz + confirmo, Godestio Petriz + confirmo, Alvaro Iulanez + confirmo, Alvaro Petriz + confirmo, Michael notuit.

El año 1127 comenzó en sábado o feria VII; el día 18 de mayo fué miércoles, y no sábado, como dice el documento.

Esta escritura fué publicada por el P. Sota *(Crónica*, pág. 664).

LXXVI

Lunes 28 de febrero de 1026.

[f. 52 vto.] EN PUENTE CERCA SANT FAGUND

In Dei nomine. Ego Eugenia placuit mihi pro expontanea mea voluntate et vindivi tibi Iohannes abbate et ecclesia Sancta Iuliana propria mea terra que est audito de Bila Quintiliani, locum que dicen Colinella iusta terminu de Sancti Facundi et de atia pars filios de Citi Onnaz, et in alia parte de neptis Quirini el fige ad terminu de filios de Iohannes Sonnaz, et usque in monte. Intra ipsis terminis sic vendivit e'go Eugenia ad tibi Iohann'es abba ipsa terra integra, et accepit ego Eugenia pretio de tibi Iohannes abba pro ipsa terra id est bobe albo pro suo colore et cibaria in sub uno pretio XII marcos ad precio de civaria, ipso precio que mihi pertinet, Eugenia bene complacuit, et afirmamus inter nos mercatum vel negotium iusta firmissimum et stabile usque in finem seculi, et sic omine, ego Eugenia aut filiis meis aut eredes meis aut quislibet homo vel asertoris de subrogata que persona qui ad tibi Iohannes aut pars ecclesia Sancta Iuliana per ipsas terras in iuditio petire voluerit, vel ad indicio compulsaverit, et ego Eugenia aut pars mea si non fuerimus ipsa terra in iuditio autorigare vel vindicare post parte de tibi Iohannes abba vel de regule Sancte Iuliane, quomodo ego Eugenia aut pars mea pariemus ad parte de tibi Iohannes appa vel de regule Sancte Iuliane ipsa terra et ipso pretio duplatu vel triplatu cum solidos XXX.ª et ad Comite alios L.ª solidos parie ipse homine diabolicus qui scriptura ista inrumpere quesierit, et post hec nemine rumpatur. Facta scriptura ista die II.ª feria, II.º kalendas marcias, era M.ª L.ª XIIII.ª, Rex Adefonsus in Legione, et Comite Garseani in Castella. Ego Eugenia vindictionis istius que feci legente audivi manu mea + roboravi coram testes.

LXXVII

Viernes (?) 9 de septiembre de 1025.

[f. 53.]

EN CAOBRECES

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, licet indignum timore compunctum, ego Petrus qui sum dive memorie parentorum nostrorum, patre meo Braolio et matre mea Godina, et ego Petrus pactum vel testamentum tradictionis facio Deo et regula Sancta Iuliana et ad tibi Iohannes abbati diem iuditii timendo portas inferni evadendo et paradisi introiendo, ut pro remedio anime mee et de abiis vel de parentibus meis, ut tradare vel concedere ad ipsis locis sanctis mea ancilla nomine Gotina cum suas filias Fanni et Albaro cum suo ieculio et sua hereditate infra terminos de villa Caoprices, tam de suo laborato quam et de suo comparato, trado atque concedo ubi illo potueritis invenire et illa portione de ipsa hereditate que habet sua iermana Iusta ibidem confirmo, sicut in nostro testamento resonat, ut nullus sit homo qui ex inde ad laycale parte reducere presumat, sed data vel confirmata ipsa Gotina cum filiis suis et sua portione in omni rem vel sua hereditate de Iusta, que in nostro testamento resonat et de odie die ipsa Gotina et filiis suit de meo iure, qui mihi Petru vel de filiis et de heredibus meis fiat soluta et exita et post iure ecclesie Sancte Iuliane vel fratribus earum fiat missa et data vel confirmata, ut ego Petru vel parentibus meis, inde ante Deum mercis perveniat. Et vobis Iohannes abbate et ecclesie Sancte Iuliane abeatis confirmationem de ipsa muliere cum filiis et hereditate que superius resonat per vel testum et scripture vel testamenti ipsius usque in finem seculi. Si quis tamen quod fieri minime credo, venerit a disrumpendum aut ego Petru aut filii mei aut heredibus meis aut proienie mea, aut regia vel potestas, aut homine potentissimus, qui hunc factum meum a disrumpendum venerit, in primis descendat super eum ira Dei Omnipotentis, et excomunicatus permaneat ad fidem Christi, et cum Iuda traditore habeat parte in eterna dapnatione et pro temporali pena pariet ipse homine diabolicus qui talia comiserit post parte ipsius regule Sancte Iuliane auri libras V.

et post parte Imperatoris tertie alias auri libras V.ª et scriptura testamenti istius firmis permaneat. Factum testamentum istud die VI feria, V idus septembris, era M.ª LX.ª III.ª, regnante Rex Adfonsus in Legione et Comite Garseani in Castella et in Asturias, et ego Petru in hoc testamento isto qui iussit facere et legenter audivi et manu mea + roboravi, Iohannes Roderico hic testes sumus et manus nostras + + roboravimus, Benoralistar, et Roderico Nunniz, et Annaya Lobatonis, et Annaya Sauariquiz et Nunno Albariz, in nostras presentias, presentes fuimus et confirmamus manus nostras + + roboravimus, Iohannes scripsit.

En el año 1025 el día 9 de septiembre fué jueves (feria V), y no viernes, como dice el documento. En el año 1026 se verificó que el día 9 de septiembre fué viernes; puede, pues, creerse que se olvidó la transcripción de una I en la era.

LXXVIII

Jueves (?) *9 de febrero de 1025.*

[f. 54.] EN IGOLLO

Sub Christi nomine individue Trinitatis, omnibus episcopis, vel abbatibus, presbiteris et diachonibus, clericis atque omni populo christiano fidelissimo, Deum timentibus et in regule sancte consistentibus, ego quidem Donna Eylo, licet indigna, timore compuncto, diem iuditii timendo et ianuam paradisi introyendo, sic per me quam et de viro meo Velliti Monioz, pactum vel testamentum tradictionis facio ad Deo et ad regula Sancta Iuliana, et ad tibi Iohannis de illas casas, que sunt villa Egollo de Camargo, casas, curtes, sive cupas, torcularia, sive terras et hereditates cum omni pomifera, que comparavimus de Obieco Monioz, vel que edificare potuimus per terminu de neptis Çeçii, et per illa carrera antiqua, que discurrit ad villa Egollo, et per terminu de mere de omines de Egollo et per via que discurrit ad monte et ad ripas, et terminu de Nunno et per coba maiore, et illa penna de Miratorio et revertit ad terminu de neptis Çeçii et pumare cum suo terrefundus et per terminu de omines de Egollo, et terminu de Nunno et terminu de Sancta Cruz. Et terminu

de Cieço et per illa via et terminu de Ulalio et clude illa fonte cum suos felgarios, et est in loco ubi dicent Caudelio, et alio pumare in mere de Coto, ubi dicent Felgario, per terminu de Citi Martiniz et de Donna Iuliana cum suos salices vel sepes, et molino in rivo de Vezaniella, vel ubi potueritis invenire de ipsa hereditate, tunc abeatis illo firmiter post parte de regula Sancta Iuliana ut nullus sit homo qui ad laicale parte reducere presumat. Si quis tamen aliquis homo ex proienie mea vel estranea, qui hunc testamentu vel scriptura ista disrumpere voluerit, in primis ira Dei Omnipotentis descendat super eum et excomunicatus permaneat de fide Christi, et pro temporali pena pariet ipse homo diabolicus, qui talia comisserit, post parte de regula Sancta Iuliana ipsa hereditate duplata cum C solidos, et post parte Imperatoris tertie auri libras VI, et scriptura testamenti istius firmis permaneat. Factus et scriptus testamentus iste die V.ª feria, V.º idus februarius, era M. LXIII, et regnante Rex Adfonso in Leone, et Comite Garsea in Castella et in Asturias. Ego Donna Eylo in hoc testamento a me facto legenter audivi et mano mea coram testes + roboravi, Sonna presbiter et Ermegildus hic testes sumus et manus nostras + + roboravimus, Iohannes et scripsit.

La carta LXIV (fol. 46 del *Libro de Regla)* es casi igual a la LXXVIII. En aquélla se dice que el 9 de septiembre de 1025 era jueves, como en realidad sucedió; en esta carta LXXVIII se dice que el 9 de febrero de 1025 fué jueves, y no fué así, sino que fué feria III (martes).

LXXIX

Miércoles (?) 15 de febrero de 1023.

[f. 51 vto.] EN AVILLOS, EN VILLAQUINTILAN, E' EN LANES, ET EN POLANCO ET EN BARREDA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus, presbiteris et diaconibus atque omni populo christiano, Deum timentibus et regule sancte consistentibus facimus sicut et facimus Deo et regula Sancta Iuliana Virginis vel quorum reliquie qui ibidem recondite sunt in villa Planes, et a tibi abbati nostro

Iohannes tradimus et concedimus nos supradictus Arvidio et Golafara corpus et animas nostras et simul cum nostra facultate, terras et pumares, casas et orreos, torcularia, curtes, cupas, res et animalia, movile e't quan inmovile, lictuaria, et vestimenta, pratis, pascuis, padulibus, silbas vel felgaria, et tota genera arborum, omnibus omnia quantumque visus sumus abere et deinceps ganare potuerimus usque ad minima galina, et cum nostras hereditates in villas prenominatas id est in Obilios et in villa Quintilliani, et in Flanes, et in Polanco et in Varrada, vel ubique potueritis invenire des odie firmiter illo obtineatis post parte de regula Sancta Iuliana usque in finem seculi, ut habeatis ex inde fratribus vel monachis tolerationem et nos supradictus Arvidio et Golafara de peccatis nostris remissionem. Si quis tamen, quod fieri minime credo, ego Arvidio aut ego Golafara aut aliquis ex proie nostra aut Regi vel potestas, qui hunc factum nostrum inrumpere quesierit, in primis ira Dei Omnipotentis descendat super eum et rufea celestis, et excomunicatus permaneat ad sacro sanctam comunionem, et cum Iuda traditore habeat portione in inferno inferiore, ubi nulla est remissione, et pro temporali pena pariet ipse homine diabolicus, qui talia comisserit, post parte regula Sancta Iuliana quantum ausus fuerit conatus inrumpere, duplatum vel triplatum cum solidos C, et post parte Imperatoris tertie pariet auri libras VI, scriptura testamenti istius non rumpetur sed firmis et stabilis permaneat in perpetuum viviturum. Factus vel scriptus est testamentus istius die IV feria, XV kalendas martius, era M. L. X. I, regnante Rex Adfonso in Legione et Comite Garsea Sançis in Castella et in Asturias. Et ego Arvidio et ego Golafara testamentum ipsius, que fieri iussimus et legente audivimus manus nostras + + roboravimus coram testis, Citis et Monioz testes sumus et manus nostras + + roboravimus, Iohannes et scripsit.

El año 1023 comenzó en feria III (martes); el día 15 de febrero de dicho año no fué feria IV (miércoles), sino feria VI (viernes). Dada la semejanza de los números romanos, transcribiría el amanuense uno por otro.

LXXX

Sábado 26 de febrero de 1026.

[f. 55.]

EN ONGAYO

Sub Christi nomine. Ego Citi Petriz in nomine Sancte Trinitatis Pater et Filius et Spiritus Sanctus his audituri estis ut propter remedio anime mee sive de uxor mea Arvidio, ego Citi Petriz pactum vel testamentum tradictionis fecit ad Deum et ad regula Sancta Iuliana, et ad tibi abbate meo Iohannes, diem iudicii timendo, portas inferni evadendo, et paradisi introiendo, proinde tradidit ego Citi vel concedit ad ipso loco, casas, orreos, cupas, terras, pumares, vineas, vel totis fructibus ipsa medietate, que ego Citi comparavi de Çieço et de Golafara integra in villa Ongayo, ubi ipsa ecclesia Sancti Christofori fundata est in villa Roçatiellas, et alias comparationes ibidem in Ongayo, sive de Cieço et de Golafara, quomodo de aliorum hominum ipsas comparationes et ipsa medietate de Cieço et de Golafara ad omni integritate, in terras, pumares, edificio, felgarios, in montibus, in fontibus, in aquis aquarum vel in sedicas molinarum, incultum quam etiam et indiscultum, cum auditum ingressionis vel regressionis sue abeatis et teneatis ipsa ereditate in nomine Sancte Iuliane per hac scriptura testamenti usque in finem seculi. Si quis tamen ego Citi Petriz aut filiis meis, aut heredibus de ipsas comparationes aut propinquis hac extraneis aut quibuslibet homo qui hunc factum meum inrumpere vel evacuare temptaverit in primis ira Dei Omnipotentis descendat super eum et discomunicatus fiat ad corpus et sanguinis Domini nostri Iesuchristi, et cum Iuda traditore habeat parte habeat parte *(sic)*, in eterna dampnatione, et pro dapna secularia pariet ipse homine diabolicus, qui talia comiserit, voluerit, pariet post parte regula Sancta Iuliana vel servientibus sanctorum eius pariet auri libras VI, et pos parte Comitis pariet alias libras VI, ipse omine, qui scripturam istam inrumpere quesierit, et post nemine rumpatur. Facta scriptura testamenti sub die et tempore quod erit die sabbato, IIII kalendas marcias, era M. L. XIIII, regnante Adefonsus Rex in Legione, Comite Garseani in Castella, et ego Citi Petriz in

hac testamentum iuris ecclesia que feci volui legenter audivi manu mea + roboravi coram testes, Albaro et Iohannes hic testes sumus manus nostras + + roboravimus. Nos filii qui sumus Arderico et Petrus et Gondisalvo et Albaro, et Ozizia et Goma factum patre nostro confirmamus et totus in uno + roboravimus. Annaya et Pascuale et Gondisalvo et Albaro preses *(¿presentes?)* fuimus, et in uno + roboravimus, Ermigildo scripsit.

LXXXI

Viernes 10 de mayo de 1062.

[f. 56.] MUGER OBEDIENCIARIA POR DELITO

Die VI.ª feria, VI idus magias, era M. C. in corum concilio de Pelagus ante Feles Reveliz, qui est maiorinu de Nunno Albaris, et ante Petru iudex et Gundisalvo sayone, et in presentia de Didaco Gundisalviz, et de Nunno Roderici, et de Martino Salvatoris, et de Petru Donniz, et de Gundisalvo Vincentiz, et de Citi Petriz, et de E'cta Adfonso, et de Flabio Flaginiz et de Petrus abba de Sancti Petri, et ante omnes presentes de ipso concilio vel aliorum bonorum hominum plurimum de concilio, ego Feles Petru et Gundisalvo facimus tibi Felix cautu cautione vel securitatis de mulier nomine Gatea quia sic te miscuisti tu Gatea cum viro fur, et non cognovisti eum et non manifestasti tu Gatea tale factu, et pro inde venit ego Gatea ad manifestu et non abuit unde paria ego Gatea CCC solidos pro tale facto, et mitto capud meum in usu servile, et tu Felix presbiter ad recolendum ista mulier dedisti nobis Feles et Petru et sayone Gundisalvo II lienzos lineos albos inter ambos abente XXXIII cubitos. Et nos iam dictus facimus tibi Felix presbiter cautu de ipsa mulier, que si des odie die die vel tempore ante aliqua potestate, si voce de iuditio suscitarimus super te Felix, aut super pars tue, et ego Feles et Petru et Gundisalvo vel pars mee non valuerimus tibi Felix vel pars tue octorificare vel in concilio vindicare, quomodo pariemus tibi Felix vel pars tua ipsa mulier cum ipsos solidos duplatu vel triplatu, et ad Imperatoris tertie auri libras VII. Et ego Gatea mitto

caput meum in iussione vel in servicio de tibi Felix, et de regula Sancta Iuliana. Et ego Gatea, si exiro de iure Sancta Iuliana in diebus vite mee, quomodo paria yo Gatea ad pars regula ipsius CCC solidos. Ego Feles et Petru et Gundisalvo in hac cautu cautione vel securitatis que fieri voluimus tibi Felix presbiter et legenter audivimus manus nostras + + roboravimus coram testes. Munio et Citi hic testes sumus manus nostras + roboravimus, Sebastianus scripsit.

LXXXII

Lunes (?) 30 de enero de 1034.

[f. 56 vto.]

EN ONGAYO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, presbiteris, diaconibus, clericis, vel omni populo christiano fidelissimo Deum timentibus vel regule sancte consistentibus salutem. Amen. Ideo ego Gundisalbiz Sarracinez pactum vel testamentum tradictionis facio, sicut et fecit ad regula Sancta Iuliana, cuius corpus tumulatum est in villa Planes, et ad abbate Iohannes, Deum timendo et paradisi introiendo, sic trado atque concedo e'go Gundisalvo ad ipsa regula Sancta Iuliana, et ad tibi Iohannes abbate, terra cum sua pomifera et cum suas salices vel glandiferos vel alia arbusta, que include ipsa terra et ipsa pomifera. Et est ipsa terra et ipsa pomifera en villa Ongayo, in illa flausa de Donno Sarracino per duoabus partibus terminos de filios de Dopno Sarracino, III termino de Felix Obequizi, et IIII termino illa via vel itinere que discurre per ad villa Ongayo. Intra ipsos terminos iam dictos sic trado vel concedo ego Gundisalvo medietate in ipsa terra cum sua pomifera et cum suos salices et glandiferos ad ipsa regula Sancta Iuliana, et ad cultores earum ipsa medietate ab omni integritate, ut vos abeatis inde toleratione, et ego Gundisalvo ante Deum de peccatis meis remissionem. Si quis tamen ego Gundisalvo, aut filiis meis, aut iermanis vel eredibus meis, aut gens de genere meo vel gotorum, aut romanorum, omnium qui hunc factum nostrum inrumpere voluerit et ad ipsa regula Sancta Iuliana aliquid de ipso, quod supra scriptum est,

inde auferre quisierit, in primis ira Dei Omnipotentis descendat super eum, et rufea celestis et excomunicatus permaneat a fide Christi et cum Iuda traditore abeat parte in eterna dampnatione. Amen. Et pro dampna secularia inferat vel pariet ipse homine diabolicus usque ad disrumpendum venerit ad ipsa regula Sancta Iuliana et ad cultores earum parie auri libras II, et ipso quod suprascriptum est duplatum, et post parte fiscalis tertie alii tantum quoactus exolvat, et scriptum ista non rumpetur, sed firmis fiat. Facta scriptura ista die II.ª feria, III kalendas februarius, era M. L. XXII, imperante Rex Sancio in Castella et in Asturias vel in cunctis pptiesue (?) et ego Gundisalvo in hanc pactum vel testamentum tradictionis que fecit ad regula Sancta Iuliana et ad tibi Iohannes abbate volui et legenter audivi manu mea + roboravi coram testes. Ego Quintiliano et ego Tellu quod legenter audivimus hic testes sumus manus nostras + + roboravimus et in presentia hic roboravunt, Citi Patiernez et Gundisalvo Randolfeci, et Annaya Montanezi manus nostras + + confirmavimus, Rodemirus scripsit mano mea fecit.

Se dice en esta carta del año 1034 que el día 30 de enero fué lunes. Como dicho año comenzó por martes, se ve que el día 29 también sería martes y el día 30 miércoles. Para que fuera lunes el día 30, el año debería haber comenzado en domingo, y ninguno de los años (1028 a 1035) que fué señor de Castilla D. Sancho de Navarra comenzó por domingo.

LXXXIII

Miércoles 21 de mayo de ¿1046, 1057?

[f. 57.]

CHABIETA

Sub Christi nomine. Ego Roderico Vermudez et uxor mea Anderquina vobis Petro abbate et ad regula Sancta Iuliana pro bona nostra placentia commutamus vel concambiamus terras per terras, dedit ego Roderico Vermudiz et uxor mea Inderquina ad vobis Petru abbas et ad regula Sancta Iuliana que sunt ipsas terras in villa prenominata Chaebeta in loco qui nuncupatur Sancti Salvatoris de Cebberno, terras, pumares in exitus vel ingressus, in aquis aquarum

vel in sedicas molinarum, tam etiam incultum quam indiscultum, cum suis terminis, qui disterminant per illa carrera antiqua ad illa pilila et per illum regatum, que habent vel cum casas de Anaya Didaz ad illos sotos et per illas foyas et per somo illo quetu et pro illo vado de Citi Didaz so casa et per illa itinera antiqua non habeat nullum hominem..... vel ubi potueritis invenire medietate ab omni integritate, et ego Petru abbas dedit vobis Roderico et uxor vestra Enderquina alias terras cum sua pomifera in villa Campo Lanzano, que inter nobis bene complacuit. Et afirmavimus inter nos negotium emptionis stabile per semper. Si quis tamen ego Roderico et uxor mea Enderquina aut filiis aut heredibus meis aut alia potestas aut gens de genere meo vel gotorum aut romanorum, qui hunc factum nostrum inrumpere voluerit, et ad ipsa regula Sancta Iuliana aliquid de ipso, qui suprascripta est, inde auferre requisierit in primis ira Dei Omnipotentis descendat super eum et rufea celestis et excomunicatus permaneat a fide Christi et cum Iuda traditore abeat parte in eterna dampnatione, et pro dampna secularia inferat vel pariat ipse homine diabolicus qui ad disrumpendum venerit ad ipsa regula Sancta Iuliana et ad cultores earum pariet auri libras IIII, et ipso quod suprascriptum est duplatum, et post parte fiscalis tertie alii tantum quoactus exolvat, et scriptura ista non rumpetur sed firmis fiat. Facta scriptura ista die IIII feria, XII kalendas iunias, era M. L. X. IIII. imperante Rex Fredenando. Ego Roderico Vermudiz et uxor mea Enderquina in hanc scriptura ista que fecimus vobis Petro abbas Sancta Iuliana voluimus et legenter audivimus manus nostras + + roboramus, coram testes Citi et Velliti hic testes sumus manus nostras + + roboravimus, Sauastianus scripsit.

Reinaba, según dice la carta, D. Fernando, y el dia 21 de mayo del año 1026 era miércoles. Ni en este año 1026 reinaba D. Fernando, ni el día 21 era miércoles, sino sábado.

La carta debe de ser del año 1046 ó 1057, en los cuales el 21 de mayo fué miércoles.

LXXXIV

Lunes 1.º de diciembre de 996.

[f. 58.]

EN BÁRCENA
DONACIÓN DEL CONDE DON SANCHO, SEÑOR DE CASTILLA, FUNDADOR DE OÑA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus, presbiteris, diaconibus, clericis atque omni populo christiano fidelissimo Deum timentibus vel in regule sancte consistentibus. Ego Sancio comite pro bona mea voluntate et propter remedium anime mee facit pactum vel testamentum tradictionis, ad Deum et ad regula Sancta Iuliana, cuius corpus tumulatum est in villa que dicitur Planes, et ad tibi abbati meo Indulfo vel a fratribus tuis tradit at que concedit. Dabo ipso solare de Iohannes Robra que est in villa que dicunt Varzena cum omnia sua hereditate de monte in fonte vel actibus suis ab omni integritate traditit atque concedit illo ad ipsis locis sanctis ad redimendo peccatis meis, et de parentibus meis pro diem iuditii timendo et penas inferni evadendo et portas paradisum introyendo, ut ipsa regula Sancta Iuliana, et ad tibi Indulfo abbas, et fratribus tuis abeatis inde obsequio vel toleratione. Et ego Sancio Comite de peccatis meis ante Deum remissionem. Amen. Si quis tamen de hodie vel tempore aliquis homo diabolicus aut superbus qui testamentum istum inrumpere quesierit aut ipsa regula Sancta Iuliana ipso solare aut suas ereditates foras mittere voluerit, in primis descendat super cum ira Dei Omnipotentis et rufea celestis et in finem non accipiat comunionem, sed cum Iuda traditore abeat parte in eterna dampnatione. Amen. Et insuper pariet ad ipsa regula Sancta Iuliana, et ad tibi Indulfo abba, vel a fratribus tuis ipso solare cum suas hereditatis duplatum vel triplatum in simile tale loco cum auri libras V, et ad Imperatoris tertie vel pariet alias auri libras VII et firmis fiat. Facta scriptura ista die II.ª feria, ipsas kalendas decembris, era M.ª XXX.ª IIII, sub Rex Adefonsus. Ego Comite Sancio et Garsea Martiniz in huius testamentum quod fecit ad regula Sancta

Iuliana et ad tibi Indulfo abbate et a fratribus tuis, et legenter audivit et manu mea ✝ ✝ roboravit coram testis. Iohannes Petrus hic testes sumus manus nostras ✝ ✝ roboramus, Petrus scripsit.

Dice la carta que el día 1.° de diciembre del año bisiesto 996 fué lunes. Este año comenzó en feria IV (miércoles); si el día de aumento en el año, por ser bisiesto, se agrega al fin de diciembre, y no en febrero, como hoy se practica, resulta bien la feria lunes para 1.° de diciembre. Según puede verse en la nota A, creemos que así se arreglaban los años bisiestos en aquel siglo.

LXXXV

Miércoles 2 de abril de 1057.

[f. 58 vto.]

RETORTILLO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus, presbiteris, diachonibus, clero atque omni populo christiano Deum timentibus et in regule sancte consistentibus, ideo ego Nunno Albariz una cum coniuge mea Donna Tarasia pactum testamentum vel tradictionis facimus ad Deo et ad regula Sancta Iuliana, et ad tibi abbati nostro Petro vel ad cultores earum, diem iuditii timendo et penas inferno evadendo et paradisi introiendo, tradimus ad ipsa regula Sancta nostras divisas cum solares et prestationibus suis in villas prenominatas in Rio Tortillo nostra divisa et nostras hereditates in sylbas vel defesas, pratis, in pascuis, padulibus, cum exitus et regressus suos, et Botmiri nostra divisa et nostros solares, et nostras vineas et nostras hereditates ipso qui iam resonat ab omni integritate, et vobis fratres de ipsa regula abeatis inde toleratione et nobis iam dictis Nunno et Tarasia de peccatis nostris ante Deum remissionem. Amen. Si quis vero contra hunc factum nostrum ad disrumpendum venire temptare voluerit de propinquis, vel extraneis, vel venerimus aut qui talia comiserit, in primis descendat super eum ira Dei et excomunicatus permaneat ad sacramenta Dei et cum Iuda traditore abeat parte in eterna dampnatione. Amen. Et pro temporali pena parie ipse homine diabolicus qui talia commiserit post parte regule ipsius auri libras V.ᵉ et testamentum istum tradictionis stabile abeat

firmitatem, et post parte imperatoris tertie alias auri libras quinquas vineas. Factum testamentum istum die IIII feria, IIII nonas aprilis, era M.ª L. X.ª V.ª, Fredinandus Rex in Legione.

Según esta carta, el día 2 de abril de 1027 fué miércoles, y reinaba D. Fernando en León. Ni uno ni otro dato son exactos. El año 1057, que resulta de suponer la X con rasgo, y diría: «Era MLX^{L}V, o sea año 1057», cumple las condiciones de reinar D. Fernando y de haber sido miércoles el día 2 de abril. Puede creerse que en la primera escritura diría era MLX^{L}V, o sea año 1057.

LXXXVI

Martes 9 de junio de 1049.

[f. 50.]

VILLAVERDE

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus et presbiteros, clero atque omni populo christiano fidelissimo, Deum timentibus et in regule sancte consistentibus. Ideo ego Albaro Aspidiz pactum testamentum vel tradictionis facimus sicut et fecit ad Deum et ad regula Sancta Iuliana trado atque concedo anima mea et corpus meum ad mea Donna Sancta Iuliana, et Sancti Petri et Pauli et abbati meo Petro et *(quizá* e'o) Albaro trado quinta de mea hereditate et de meo ganato, trado meo solare cum suas casas iusta arrogio Sancti Petri, qui est iusta Villa-Verde ipso solare iusta solare de Nunno Albaris, et alia pars de Ratera Aspidiz, alio solare iusta solare de Ratero con illa media divisa de mea matre, eo Albaro trado illa terra qui est iusta terra de filios de Gutierre Gundsalvez, ex alia pars de Stephano et alia terra de Euera, ex alia pars de Ribayotla, et tertia terra que est iusta terra de Seguto, ex alia pars via que discurre ubique de ipsa terra illa mea, et quarta terra iusta terra de mihi Alvaro, ex alia pars via que discurre ubique, et una vinea que est in territorio de Autero de Pera iusta vinea de Petro Alvariz, et alia vinea que est in territorio de Villaverde iusta vinea de Pedro Albariz de ipsa vinea ipsa media, et uno orto cum terrefundus, qui est iusta ortu de Ratera Sarraciniz, et una vice in illo molino pesquera Octo Didaz quando die quando nocte, et duas

equas bayas pro suo colore, una vaca alba et rubia, et alia vinea ubi dicent Valdebantula iusta terra de Rateru. Factum pactum traditionis die III feria, V idus iunias, era M.ª LXIII.ª. E'o Albaro in hac testamentum tradictionis que feci et legenter audivi de manu mea + roboravi coram testis, testis Domno Michael presbiter et Felix Petriz hic testes sumus, manus nostras + + roboravimus scriptura ista, Sebastianus scripsit, et manu mea feci.....

El año 1025, de esta carta, comenzó en feria VI (viernes); el día 9 de junio fué miércoles, y no martes, como dice el documento. Vemos el nombre del abad Pedro, y la carta termina con «Sebastianus scripsit», así que creemos este documento de algunos años después (1049), en que era abad Pedro, rey D. Fernando, y subscribe varias cartas Sebastianus.

LXXXVII

Sin año.

[f. 59 vto.]

EN NAVAMUELLE

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus, presbiteros, clero atque omni populo christiano fidelis simo Deum timentibus, et in regule sancte consistentibus. Ideo ego Donna Monia pactum testamentum vel tradictionis facio et fecit ad Deum et ad regula Sancta Iuliana et ad tibi abbati meo Petro eo Donna Monnia Donna pro remedio anime mee et de nepto meo Gutierre trado atque concedo ad ipsa regula Sancta Iuliana, cuius corpus requiescit en Planes, seu tibi Patri Petro abba trado mea divisa cum sua abiacentia et suis prestationibus in loco predicto in Navamuelle quanto in novis apertine de Nunno Gutierriz absque integru solares tam plantatos quam etiam pro plantare terra et pumares, pratis, pascuis, padulibus, silbas, vel defesas, tam cultum quam et indiscultum, et in Leu ipsa divisa, que iam resonat, ab omni integritate ipsa divisa que abui e'go Gutierre de abo meo Nunno Gutierriz et vobis abeatis ex inde toleratione vel confirmatione, et nobis de peccatis nostris ante De'um remissionem. Si quis tamen aliquis homo aut proienie nostre aut Comes aut quibuslibet homo................

Esta escritura queda así, sin concluir.

LXXXVIII

Domingo 27 de junio de 1030.

[f. 60.] EN PRESENCIA DE LOS INFANÇONES DE ASTURIAS CON EL OBISPO DE BURGOS MONIO LERDO, LIBRES LAS IGLESIAS DE SANTILLANA

In presentia de Citi Guntizalvez et de Petro Guntsalvez, et de Ecta Rodriz et de Guntsalvo Citiz, et de Guntsalvo Petriz, et de Iusta Citiz, et de Annaya Citiz, et de Didaco Citiz, et de Guntsalvo Monnioz, et de Godestio Monnioz, et de Alfonso Monnioz, hec nominat Infançones de Asturias et de concilio de Sancta Iuliana: de presbiteris nomina Sauarigo E'ctaz, Felix Petriz, Donno Michael et magistro, Donno Michael magistro, Rodemirus, Donno Vermudus, Petrus Londiniz magistri, et aliorum bonorum ominum de concilio de Camesa, vel de Sancta Iuliana salutem. Amen. Ego Monnio Lerdo, qui sum episcopus burgensis sedis Sancte Marie Matris Domini, pactum vel convenientia pro foro que facio ad Sancta Iuliana in quacumque loco ecclesia fuerit de Sancta Iuliana in quanto tempore ipsas ecclesias renovatas fuerint, usquequo veniant ad conservandum, non inquirat de eas tertia episcopus burgensis, nec censum de omnes ecclesias, tam de aquisitas, quam eas que sunt pro adquirere, nullum premium habeant vel presumptionem a nullo episcopo, sed episcopus, qui eos dedicaverit, mercedem accipiat de Deo, aut pretio, si ille voluerit, et de odie die vel tempore in quacumque loco ecclesias potuerimus ganare abbates vel clerici Sancte Iuliane ab episcopo burgensis nulla detur tercia neque nullum censum, nec nullo foro. Facta carta vel convenientia die quod erit dominico, V.º kalendas iulii, era M.ª LX.ª VIII. Sancius Rex regnante in Castella, filius Fredinandus Rex et Regina Sancia. Et ego Monnio Lerdo episcopus burgensis sedis in hoc cautum vel testamentum quod feci volui legendo audivi manum meam + roboravi coram testes, Gutierre Monnioz et Ecta Annayaz + + roboravimus, Petro Citez de la Aquera + confirmat Iohannes.

Esta carta, fechada el día 27 de junio del año 1030, cree el P. Flórez *(España Sagrada,* tomo XXVI, pág. 181) que debe ser del año siguiente, 1031, pues en este año, y no en 1030, ocurrió el día 27 de junio en domingo. Se dice en la carta que reinaba en Castilla D. Sancho, y se agrega «filius Fredinandus Rex et Regina Sancia». Es indudable que quiere decir que era rey D. Sancho *el Mayor,* y que con él compartía el reinado su hijo D. Fernando (primero), casado con D.ª Sancha. No puede interpretarse que reinaba Sancho II (hijo de D. Fernando y de D. Sancha), pues el obispo Munio Lerdo, de Burgos, vivía en el año 1030..... y no en los años 1065-1072, en que reinó D. Sancho II. Desde el año 1065 era obispo de Burgos Simón (primero), y desde 1066 hasta 1082 lo fué Simón (segundo). (Flórez, *España Sagrada,* tomo XXVI.)

El único año en que fué domingo el día 27 de junio reinando Sancho II fué el 1070, y ya hemos visto que en este año era obispo Simón (segundo). Esta escritura del *Libro de Regla* fué publicada por el P. Sota *(Crónica,* páginas 1645 y 1646).

LXXXIX

Sin año.

[f. 60 vto.]

EN CABEZÓN

Sub Christi nomine. Ego Petrus Ferrada et uxor mea Iuliana Sebastianes pro expontanea mea voluntate trado Deo et ad regula Sancte Iuliane, et vobis abbati Sancte Iuliane Donno Gonçalvo, et seniores qui ibi serviunt. In primis trado mea hereditate quam habeo en alfoce de Cabeçone loco certissimo conceieru per terminu de Gonçalvo, II terminu de solar de Iohannes Salnerii, III.º terminu per solar de filios de Petro Sancies, IIII.º terminu per solar de la Condesa. Infra ipsos quatro terminos ipsa terra ab omni integritate et trado illa alia terra in Carreio cum tectis et cum quanto ibi est, et quanta hereditate parentorum nostrorum vel ganavero, pumares, exitus, regressitus in Cabeçon totum trado ad Santa Illana, cum foro quod ego filii, et generatione abeamus pro hereditate, et sedeat qui ibi fuerit homo de Sancta Iuliana, et in festivitate Sancte Iuliane det IIII fogaças, et uno tocino. Et abbas de Sancta Iuliana teneat illum cum bien fer cum prestamo et caballo. Et si abbas de Sancta Iuliana extraneus fuerit, e't malu illi fecerit sine capitulo et directo, e't noluerit endereçare vadat se sum sua hereditate ubi quisierit.

XC

Lunes (?) 13 de mayo de 1141.

[f. 60 vto.] SANTO DOMINGO DE LA BARQUERA

Sub Christi nomine. Ego Antolino et uxor mea Maria, ut non per metum neque per turbatum sensum, sed placuit nobis per expontaneas nostras voluntates, ut volumus et fecimus cartulam ad tibi Petrus Monnio presbiter et ad illa barqueria et ad Sancto Dominico illas tres quartas in uno foyo in una terra cum sua pomifera in Sequas, en certissimo loco ad illo foyo, et de Sancto Dominico sunt omnes suos terminos et ipsas III quartas do ab omni integritate, per quem accepi de tibi Petro Munioz en precio XII sacrificios que cecinisti pro defunctis meis, et pro isto precio do tibi ibidem in alio loco alia terra cum suas pumiferas, ubi dicent illas faças et per totos suos terminos, sic de Sancto Dominico, et do tibi illa terra ab omni integritate foras inde illa decima et hoc do ab tibi Petrus et ad Sancto Dominico et ad illa barqueria et afirmamus inter nos ut sit stabile per semper. Si quis tamen aliquis homo qui contra hunc factum nostrum infringere templaverit sit maledictus et excomunicatus per secula. Amen. Et pariat ista hereditate duplata vel triplata in simile tale loco. Et ad Imperatoris tertie auri libras V.^{e}. Facta carta die notu II.^{a} feria, III.º idus madii, sub era M. C. L. XXVIIII, regnante Rex Adfonso in Legione, Comes Roderico in Asturias, et ego Antolino in hac carta que feci cum uxor mea Maria, et ad tibi Petro Monnioz et ad illa barqueria de Sancto Dominico volumus, et legendo audivimus, et de manus nostras + + roboravimus, Petrus notuit.

El año 1141 comenzó en miércoles (feria IV); el día 13 de mayo fué martes, y no lunes, como dice el documento.

XCI

29 de septiembre de 1082.

[f. 61 vto.] ALIA

Sub nomine Sancte atque individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego quidem Michael Iohannes et Petro Iohannes, et Andres Iohannes, nullo cogentis imperio nec suadentis articulo, sed propia atque spontanea bona voluntate, et pro remedio animas nostras vel parentum nostrorum, damus Deo et ad Sanctum Dominicum, et ad ipsa barqueria et ad tibi Petrus presbiter, ut sis inde senior de ipso loco nostra propria hereditate, quam nobis abemus in illo loco que vocitant Sequas, iusta riba mare per terminum Petro Diaz, et per terminum de filios Annaya Bellitez, et per terminum de filiis suis, et accepimus de tibi Petrus presbiter centum sacrificiis pro ipsa confrateria habeas, teneas tu Petrus presbiter vel qui tua voluntate fuerit, sed tali quidem tenore, ut nullus nostrorum propinquorum vel extraneorum aut cuiuslibet persona sit ausus hunc nostrum factum disrumpere vel infringere voluerit, in primis ira Dei habeat et parte cum Iuda traditore, et habeat parte cum Sodoma et Gomorra, maledictus et condenatus usque finitum seculi seculorum. Amen. Et pariet a parte regis in cauto centum libras aureas, et ipsa hereditate duplata vel meliorata similis in tali loco. Facta carta era M.ª C.ª XX, notu die III kalendas octobris, regnante Adefonsus Rex in Legione et usque totius Hispanie, episcopus Garcia in Burgis, abbas Petrus in Sancta Iuliana, Comite Rodericus Munioz totius Asturiensis, Cite et Bellite testes sumus Martinus presbiter scripsit.

Está fechada esta carta el día 29 de septiembre del año 1082, siendo rey don Alfonso en León y en toda España y obispo de Burgos D. García.

El obispo D. García (segundo de este nombre), según el P. Flórez *(España Sagrada,* tomo XXVI, pág. 228), gobernaba la diócesis por los años 1095 a 1114.

El P. Sota *(Crónica,* pág. 659) copia una carta del año 1116, en que firma don García, obispo de Burgos.

En el año 1082 era obispo de Burgos D. Gómez (segundo).

El P. Sota, sin copiar esta carta, hace un extracto *(Crónica,* pág. 536), y la asigna al año 1102.

Si se acepta esta fecha, coincide con el tiempo en que era obispo de Burgos D. García (segundo de este nombre).

Para que resulte el año 1102 la era escrita del modo siguiente MCXX, habría que suponer que la segunda X era una L, y diría MCXL. Como en la fecha están enlazadas las X en esta forma ∞∞, fácilmente la L cursiva se confunde con la X.

XCII

Viernes 19 de abril de 1078 (¿1107?).

[f. 61 vto.]

FUNDACIÓN DE LA IGLESIA DE SANTO DOMINGO DE LA BARQUERA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, Patris videlicet hac Filii et Spiritus Sancti. Amen. Quod corde credimus et ore profitemur Patrem a se ipso non ab alio, Filium a Patre genitum, Spiritum Sanctum ab utroque precedentem, et ideo credimus illu trinum in personis, et unum in Deidate sib ipsius nomine qui cuncta creavit ex nihilo, demumque per dictum restauravit sanguine suo propio. Ego Petrus presbiter, quamvis indignus, una cum confratribus meis, hi sunt Anaya Pelagit, et Michael Assuriz, et Petrus Felices, et Sabastiano Rodriz, et Guntisalvo Iohannes, et Michael Annayaz, et Guntisalvo Petriz, et Albaro Rodriz, et Petro Iohannes presbiter cum universis confratribus vivis et mortuis, et de Ongayo Gunsalvo Roderico cum universis confratribus, et de Corteguera Petro Annayaz cum universis confratribus, et de Suances Monnio Michael cum universis confratribus, et de Raeto Antolinus cum universis confratribus, et de Sancti Petri Iohannes Michaelis cum universis confratribus, Roderico Ectaz de Polanco cum universis confratribus, Petrus Andres de Quebeta, et Petrus Sanxez cum universis confratribus, et Martino Michaelis cum omnes de Riaño confratres, et de Barcena Petrus Guntisalvez, et de Gutierre Guntisalviz cum universis confratribus, et Iohannes Guntisalviz de Flanes cum universis confratribus; omnes in unum edificamus ecclesia. Et ego Petrus presbiter qui sum prepositus de illa Confratria et abbate simul in unum edificamus una barqueria cum sua ecclesia in honore Sancte Dominice ut pere-

grinis et pauperes, viduis, orfanis, opressis, claudis, divites et nobiles habeant egressum in ipso flumine et egressum, ut omnes confratres et homines peccatores habeant remissionem omnium peccatorum. Idcirco ego Petrus cum universis confratribus propter diem iudicii timendo et penas inferni euadendo et paradisi introiendo pro remedio animabus nostris tradimus Deo et ad regula Sancta Iuliana ipsa ecclesia cum suis cimiteriis et cum sua barqueria et ad tibi Martinus abba cum clericis et canonicis, qui ibidem serviunt, ut servos Dei abeant de inde tolerationem et nos ante Deum de peccatis nostris remissionem. Amen. Et est ipsa ecclesia sita in litore mari, et certissimo loco en Sequas ipsa ecclesia ab omni integritate per certos suos terminos. Et ego Petrus Iohannes presbiter una cum confratribus meis damus ipsa ecclesia cum tale foro ad Sancta Iuliana, ut abeat censum in anno in anno semel, uno solido de argento in pane et carne et piscato, et qui isto infringere voluerit anathema fiat. Et ego Petrus post obitum meum relinquam ipsa barqueria cum sua ecclesia de filios de confratres, qui meritum abuerit et capitulum Sancte Iuliane laudaverit et ad mihi servitium et humilitatem tenuerit, et Deum laudaverit, ipsum abeat ipsa ecclesia et ipsa barqueria ab omni integritate, ut de hodie die vel tempore sis inde senior de ipso loco cum suas hereditates et cum suos terminos et de iure nostro de omnes confratres sit egressus et in iure de tibi Petrus presbiter, et de Sancte Iuliane et de tibi Martinus abba fiat traditum atque confirmatum usque in seculum seculi. Si quis tamen, quod fiere minime credimus, tam nos quam aliquis ex mea proienies vel extranea hanc nostram scripturam infringere temptaverit, quisquis ille fuerint qui talia comiserit in primis sit maledictus et excomunicatus usque in septimam generationem cum Datan et Abiron, cum Simone Mago et Nerone, et cum Iuda traditore, cum diabolo et angelis eius in inferno inferiore luad in profundum et super inde pariet ad auri libras III, et ad Imperatoris tertie pariet auri libras V.ª et illa hereditate duplata vel triplata in simile tale loco. Facta regula vel testamentum die notu VI feria, XIII kalendas madii, era M.ª C.ª XVI.ª, regnante Rex Adfonso in Legione et in Castella et in Toleto. Et ego Petrus presbiter una cum confratribus meis in hac regula que fecimus volumus legendo audivimus manus nostras ✝ ✝ roboravimus coram testes Citi Belliti, hic testes sumus manus nostras ✝ ✝ roboravimus.

La fecha de esta carta, como la de las LXII, LXIII y LXVIII, debe corregirse, pues en el año 1078 no podía D. Alfonso llamarse rey de Toledo, ni el día 19 de abril fué viernes, sino jueves. El año 1108, que resultaría de suponer la X con rasgo, tampoco cumple la condición de ser viernes el 19 de abril; creemos que debe admitirse el año 1107.

XCIII

Lunes 22 de julio de 1127 (¿1118?).

[f. 62 vto.] SANTO DOMINGO

In Dei nomine. Ego Michael Petriz et uxor mea Agata diem iudicii timendo et penas inferni euadendo et paradisi introiendo tradimus Deo et regula facimus a S.[to] Dominico et ad tibi abbati Petrus Iohannes una terra cum sua pomifera ex integra ab omni integritate et est ipsa terra en alfoçe de Camesa en villa Cortegera, en certissimo loco en Monteziello per termino de filios de Annaya Vellitiz et de S.[to] Dominico, secundu terminu iuxta mare, tertio terminu de Antolino, quarto terminu per illum arrogium qui discurrit ad illo mare: infra istos terminos ipsa terra cum sua pumifera ab omni integritate per quem accepimus precio de tibi Petro L.[a] sacrificios per animas de nostros confratres, pretium et datum quod ad nobis bene complacuit, et afirmavimus inter nos negotium emptionis et stabile per semper. Si quis tamen aliquis homo qui contra hunc factum nostrum ad disrumpendum venerit quomodo pariat istud qui in hac carta resonat duplatum vel triplatum in simile tale loco cum auri libras VIII et ad Imperatoris tertie X libras de auro. Facta carta die notu II feria, XI kalendas Augustus, era M. C. L. X. V. Facta carta et regula regnante Regina Urraca in Legione et in Castella et in Toleto. Ego Michael cum uxor mea Agata in hac regula vel testamentum que fecimus volumus, et relegendo audivimus manus nostras + + roboravimus, Michael notarius scripsit.

En el año 1127 se dice en esta carta que reinaba D.[a] Urraca, y que el día 22 de julio fué lunes. Doña Urraca había muerto en 14 de marzo del año 1126, y además el 22 de julio de 1127 fué viernes y no lunes. En el año 1118, que comenzó por martes, se verificó la circunstancia de ser lunes el día 22 de julio y de reinar D.[a] Urraca.

XCIV

Sábado 28 de diciembre de 1135.

[f. 63.]

COMPRA

Sub Christi nomine. E'go Roderico Guntsalviz, ut non per metum neque per turbatum sensum, sed placuit mihi pro spontanea mea voluntate ut vindivi ad tibi Petro Monnioz medietate in una terra et est ipsa terra in villa que dicunt Rieto in certissimo loco in illa miere per termino I.º et II.º de Antonino, III.º et IV.º..... illa itinera que discurrit ad illa sierra infra ipsos terminos ipsa terra ab omni integritate, per quem accepi in pretio ego Roderico de Petro uno bobe pro suo colore nigro adpretiato de quatuor modios, nouum pretium que inter nobis bene complacuit, et affirmavimus inter nos negotium emptionis stabile per semper. Si quis tamen quod fieri minime credimus tam nos quam aliquis ex nostra proienies vel extranea in hanc nostram scripturam infringere temptaverit, quisquis ille fuerit, qui talia comisserit, in primis sic maledictus et excomunicatus usque in septimam generationem, et super inde pariet istud quod in hac carta resonat duplatum vel triplatum in simile tale locum cum solidus XXX, et ad Imperatoris tertie pariet L.ª solidos. Facta carta die notu sabbato, V.º kalendas ianuarius, era M.ª C.ª LXX.ª III, regnante Rex Adfonsus in Toleto et in Legione et in Castella. Et ego Roderico in hac carta que feci ad tibi Petrus presbiter legendo audivi manum meam + roboravi coram testes, Petrus et Iohannes hic testes manus nostras + + roboravimus, Michael notarius scripsit.

XCV

Jueves 26 de marzo de 1136.

[f. 63 vto.]

SANTO DOMINGO

Sub Christi nomine. Ego Godestio Petriz et uxor mea Marina, una cum sobrina mea Iuliana Rodriz, ut non per metum neque per turbatum sensum, sed placuit nobis per spontanea nostra voluntate,

